AUTHOR: PRZYBILLA, CARL

TITLE: DE PRAEPOSITIONUM....

PLACE: REGIMONTI

DATE: 1883

Master Negative #

91-80321-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Przybilla, Carl
De praepositionum κατὰ et ἀνὰ usu Lucianeo, part. I. Dissertatio inauguralis philologica quam ... publice defendet Carolus Przybilla ... Regimonti Prussorum, typis Liedtkianis, 1883.
47 p. 22 cm.

Thesis, Königsberg, 1883.

Volume of pamphlets

16722

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10/31/91 INITIALS MED
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
PRAEPOSITIONUM *κατά* ET *ἀνά* USU LUCIANEO.
PART. I

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA,

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN ACADEMIA ALBERTINA REGIMONTANA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE AC LEGITIME CAPESSENDOS

DIE VI MENSIS AUGUSTI A. MDCCCLXXXIII
HORA XII
UNA CUM THESIBUS ADDITIS PUBLICE DEFENDET

CAROLUS PRZYBILLA
SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
AUGUSTUS BROSOW, CAND. PHIL. SEM. PHIL. SOD.
CAROLUS WELLMER, CAND. PHIL.

REGIMONTI PRUSSORUM.
TYPIS LIEDTKIANIS.
MDCCCLXXXIII.

ARTHURO LUDWICH

PROF. ILLUSTR.

SACRUM.

Tycho Mommsenus in dissertationibus,[1] quae sunt de praepositionum σὺν et μετὰ vi et usu, quales apud omnes fere omnium Graecitatis temporum et poetas et prosae orationis scriptores fuerint, docte as copiose disputavit, errores per tot saecula cum a lexicographis tum a grammaticis pervulgatos de medio sustulit, suam utrique praepositione tanquam debitam provinciam assignavit. Statuit enim praepositionem σὺν maxime apud poetas et Xenophontem, apud scriptores solutae orationis μετὰ suum habere locum. Nam in primae dissertationis tabula pg. 5 descripta omnium auctorum, quorum monumenta exquirendae praepositionum frequentiae causa perlegerat, nomina adscripsit. Sed quorum opera ex parte tantum legerat, eorum nomina virgula notavit, quo in numero etiam Lucianum inveneris. Ille enim, qui ex nostri auctoris libellis centum octoginta tantum paginas pervolverat, vicies novies praepositionem μετὰ et quater σὺν se repperisse indicat, ita ut rationem arithmeticam si feceris, in omnibus Lucianeis scriptis praepositionem μετὰ septies frequentius quam σὺν usurpatam deprehendi facile credideris. Quae ratiocinatio quamvis veritatis speciem habere videatur, tamen non ex omnibus partibus est vera et probanda. Equidem, qui libros Lucianeos ad

[1] Tycho Mommsen: Entwickelung einiger Gesetze für den Gebrauch der griech. Präpositionen: μετὰ, σὺν und ἅμα bei den Epikern. Frankfurt a. M. Theil I 1774; II 1876; III 1879.

unum omnes excussi, propius quam Mommsenum ad veritatem me accessisse arbitror. Reperiuntur enim, si usque ad umbilicos libros pervolveris, nisi quae fortasse oculorum aciem inter legendum effugerunt, ducenta undesexaginta exempla praepositionis μετά cum genetivo et octoginta σύν cum dativo copulatae. Quod si ad arithmeticae artis leges exprimere volumus, numerorum proportionem non talem, qualem Mommsenus voluit, esse (7 : 1) ut μετά septies frequentius, sed ut ter tantum saepius quam σύν occurrat, facile ratiocinemur, unde usus praepositionis μετά cum genetivo ad usum praepositionis σύν cum dativo ut 3 ad 1 efficiatur. Quod equidem non ideo dictum volo, ut sententiae viri doctissimi, qui magis conjecturas quam certas rationes in Luciani hac quaestione solvenda secutus est, aliquid detraham, sed ut eam ipsam idoneis certisque argumentis suppleam, confirmem, stabiliam. Quae quam vera sit, vel ex eo maxime apparet, quod Lucianus a praepositionis σύν usu usque adeo abhorruit, ut illam et cum verbo compositam et ante nomen repetitam nullo habeat loco, sed eiusdem vice semper fere praepositionem μετά genetivo additam tanquam ex abundantia vel per pleonasmum qui dicitur, addere soleat, veluti in Galli c. 9 συνδειπνεῖν μεθ' ἡμῶν, ibid. c. 11; Quom. hist. c. 28. Conv. c. 1; alibi.[1]

[1] Exemplis quae Lobeckius, qui nostrum scriptorem ne verbo quidem attigit, in adnotationibus ad Phrynichum pg. 384 contulit, addere liceat haec Lucianea: Gall. c. 10 συναναχορευσάμενος μετὰ τοῦ φλέγματος; ibid. c. 13 συναπολάμπουσαι μετ' αὐτοῦ; Pisc. c. 12 μετὰ τούτων ξυμπαραβυσθείς; De mort. Peregr. c. 12 συνεκάθευδον μετ' αὐτοῦ; Dial. meretr. 3,1; Philops. c. 18 συναναστησαμένῳ μετὰ τῆς βολῆς; Conv. c. 15 συνανέδωκε μετὰ τῆς φιάλης; Herm. c. 27 συνοδοιπορήσας μετ' αὐτοῦ; Dial. deor. 4,2 συνεσομένῳ μεθ' ἡμῶν; ibid. 6,5 συμπεριενεχθήσεται μετ' αὐτοῦ; ibid. 23,1 συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτοῦ; Dial. meretr. 1,1 συνέπιε μεθ' ἡμῶν; ibid. 6,2;

Neque illud silentio praetermittendum puto Lucianum duobus locis, qui sunt in Dial. mort. 16,5 μετ' ἀθανάτοισι σύνειμι et De astrol. c. 10 μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύρην, μετά praepositionem cum tertio casu conjunxisse. Sed de hoc hactenus; non enim de praepositionum σύν et μετά, sed de κατά praepositionis cum casibus conjunctae usu Lucianeo hac disputatiuncula commemoratu digna fusius tractare in animo est, praesertim cum praeter singulas easque brevissimas interpretum[1] adnotationes ad usum singularem et ab Atticorum loquendi consuetudine recedentem pertinentes nihil invenerim, quo Lucianeae dicendi varietates proprietatesque satis notatae et pertractatae essent. Est vero dignissimus Lucianus, cuius praepositionum usus accuratius quam usque ad hoc tempus factum est,[2] pertractetur, quippe qui maxime

ibid. 9,1 συναποδεδημήκει μετ' αὐτοῦ; Pro imag. c. 1 μετ' εὐνοίας συνέγραψε; Lucius c. 3 συνανακλίνεσθαι μετ' αὐτοῦ; Lexiph. c. 21: συνεκπεσοῦσα μετὰ τοῦ πνεύματος; Pseudol. c. 2 συμποιεῖν μετ' αὐτοῦ; Dem. enc. c. 46 μετὰ Καλλιμέδοντος συνεπτατόμην; Pseudos. c. 10 μετὰ τοῦ „ἕτερα" συντιθέμενον; Philops. c. 24 μετὰ Ἑρμοῦ συνοδεύσει.

[1] Fritzsche: Quaest. Lucianeae. Lipsiae 1826 pg. 158.

Jul. Sommerbrodt: Ausgewählte Schriften des Lucian. Berl. 1872 I² pag. 6 A. 8.

[2] Librum, quem A. du Mesnil: „Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio cum antiquorum Atticorum ratione comparatur" Stolpii 1867 quod legi et tempus perdidi, vehementer doleo. Nam eam, quae est de praepositionum usu (pg. 30—40) partem, brevius, ne neglegentius dicam, tractavit. Omisit enim nescio quo pacto praepositionem σύν; μετά cum dativo copulatae mentionem fecit nullam, exemplorum paucissima, ne tot quidem, quot Jacobitzius in parco tenuique verborum indice (vol. IV ed.) notavit, contulit, singularia quaeque et ab Atticorum scribendi consuetudine recedentia vel „mirabilia" vel „non eleganter", „non Attice" posita (pg. 33) vocitavit, Lucianeum denique usum praepositionum explicare prorsus neglexit.

singularis propriusque sit. Nam ille, cum et cotidianam et vulgarem dicendi scribendique consuetudinem, quae tunc valebat, prorsus reiicere ac repudiare non posset, et quae sua aetate iam obliterata erant, ea revocare vellet, novis quibusdam dictionibus graecum sermonem auxit et locupletavit, unde singulare, novum, exquisitum illud dicendi genus vetustatisque colore infucatum natum est. Κατὰ autem particulam elegi, ut, cum omnes praepositiones, qua vi ac notione a Luciano usurpatae sint, accuratius explanadae adhuc restent, hac disputatiuncula cum ad omnium particularum tractationem initium faciam, tum nonnulla, quantulacunque sunt, et ad multas Lucianei huius generis dicendi proprietates planius cognoscendas et ad artem criticam pertinentia afferam. Ac multa quidem ad Lucianeum scribendi usum cognoscendum Reitzius ille in lexico edito plena iam congessit manu, attamen eam, quae est de praepositionibus et particulis partem, mancam atque imperfectam reliquit.[1] Quare operae pretium me facturum spero de praepositionis κατὰ usu, qualis sit apud Lucianum quaerere, quae ab eo sic adamata atque adoptata est, ut amplius quam millies centies sexagies vario modo usurpata exstet. Cuius voculae exempla inter duos casus suos sic dispertiuntur, ut genetivus centies sexagies ter, accusativus undequadragies et nongenties deprehendatur, unde, quam egregie Mommseni illud[2] ex duobus casibus cum praepositio-

[1] Lexicon Lucianeum a Carolo Reitzio. Trajecti ad Rhenum a 1746, qui in prooemii pg. 2 sic se excusat: „Nec mihi quisquam vitio vertat, quod minuta quaedam omiserim et in praepositionibus ac particulis adducendis forsan aliquanto parcior fuerim . . .“

[2] Progr. 1874 pg. 27: „Aus allen diesen Erscheinungen geht klar hervor, wohin die Sprache will, zur Herrschaft des Accusativs.“

nibus conjunctis apud posteriores scriptores praevalere accusativum hac re demonstretur, facile intelligas.

Qui vero vel originem praepositionis, vel antiquorum scriptorum usum qualis sit cognoscere voluerit, ejus desiderio satisfacient ea, quae novissimis temporibus a multis viris doctis copiose sunt disputata.[1] —

Sed priusquam ad id, quod proposuimus, aggrediamur, rationem ac viam, quas in tractanda materia instituimus, indicare lubet. Naturali vero quodam modo hanc disputatiunculam bipertitam esse necesse est, ut de usu praepositionis κατὰ et cum genetivo et cum accusativo conjunctae ita disserendum sit, ut in utroque casu explicando primitiva praepositionis vi ac notione absoluta ad translatum immutatumque usum transeâmus. Praemonendum autem est nos non solum omnia exempla, nisi quae inviti atque imprudentes omiserimus, afferre et in classes ordinesque redigere, sed etiam rationem, qua Lucianus praepositionem nostram collocaverit, quas alias inter se particulas pro ea commutaverit, quantas discolores significationum varietates admiserit, indicare atque explicare, unde totus nostrae praepositionis usus Atticorum usurpandi consuetudinem longius transgressae luculenter

[1] Carolus Schmidt: Dissert. de praepos. Graecis Berolini 1829, qui tamen nostram praepositionem omisit.“

Engers in program. Altonensia 1846 publici juris facto: „Ueber den Gebrauch der Präpositionen.“

Buttmann: Die griech. Präpos. Prenzlau 1852/53.

Spitzner: De vi et usu praepositionum ἀνὰ et κατὰ apud Homerum. Vitembergae 1831, de qua dissertatione God. Hermannus in opusc. volum. V pg. 31 squ. suam posuit sententiam et censuram.

Robertus Thomaszewski: De praepos. κατὰ vi et usu.“ Dissert. inaugur. Regim. a 1857 cuius explicationum de praepositionis vi et usu alias probo, alias improbo.

apparent. In omnibus autem locis Lucianeis, quos optimi libri praebent, formas *κατὰ*, *κατ'*, *καθ'*, uno tantum loco *κάτα* retracto in paenultimam per anastrophen quae vocatur accentu in hexametro dactylico invenimus,[1] quamquam hanc figuram Lucianus hiatus maxime vitandi causa haud ita raro usurpavit.[2] Adverbiale quod dicitur, *κάτω* saepissime legitur, quare adverbii vice sine casus conjunctione praepositionem frustra quaesiveris, at cum adjectivi neutrius casu vel cum nominibus quae vocantur abstractis copulatam sexcenties pro adverbio abhibetur. Quoniamque plurimis locis particula accusativo adjecta et primigeniam naturalemque notionem transgressa etiam de tempore usurpatur, in omnibus praepositionis conjunctionibus triplex usus est constituendus: localis, temporalis, metaphoricus.

Cap. I.

De praepositione *κατὰ* cum genitivo conjuncta.

§ 1.

De locali usu.

Genuinam ac primariam praepositionis *κατὰ* significationem esse localem grammatici ad unum quos inspexi

---

[1] De morte Peregr. c. 29 *Ζηνὸς ἐριγδούποιο τέμενος κάτα πῦρ ἀνκαίσας.*

[2] De salt. c. 7 *ὀρχήσεως πέρι γενεαλογεῖν.* Icarom. c. 11; ibid. c. 23; Hermot. c. 1; 20; 36; 45; 69; Imag. c. 16; Anach. c. 14; 35; 36; 38; Halc. c. 8; De astrol. c. 1; 10; 11; 12; 16; 17; 29; De dea Syr. c. 10; 11; 12; 15; 16; 17; 23; 27; 29; 36 (ter) 44; 48; alibi.

omnes una tanquam mente consentiunt[1] Quorum explicationes praepositione *κατὰ* genetivo apposita motum ex superiore loco in inferiorem indicari etsi in universum probandae, tamen non tam accurate distinctae sunt, ut nullius iam emendationis indigerent. Rectius igitur ac distinctius omnibus his et grammaticis et lexicographis cum a Spitznero l. l. pg. 20 tum a Thomaszewskio l. c. pg. 6 huius praepositionis usus tria esse genera discernenda ita demonstratum est, ut quae subtiliter et acute ibi disputata sunt, ad omnium assensum quasi expugnandum quam maxime valeant. Significat enim *κατὰ* particula cum genitivo copulata locum

a) unde motus incipit,
b) ubi motus desistit,
c) totum spatium percursum.

a) Ac primum quidem, si hunc ordinem in tractatione materiae persequemur, de praepositionis *κατὰ* usu editiorem locum, unde motus incipit, designantis disputandum est. Commemorantur montes, saxa, tecta, muri iisque similia cum nostra praepositione conjuncta, quam vernacule „von — herab“, latine „de“ vel adverbialiter „desuper“ reddere consuevimus, ubi *κατὰ* ex movendi semper verbis sic pendentem videmus, ut finis ac terminus, usque ad quem motus fit, non circumscribatur. Id vero genus praepositionis usus, si quidem observationi Thomaszewskianae fides est habenda, „nus-

---

[1] Matthiae: Ausführliche griech. Grmtk. Leipzig 1807, § 581.
Bernhardy: Wissenschaftl. Syntax der griech. Sprache. Berl. 1829 cap. 5 pg. 237.
Buttmann: Griech. Grmtk. Berl. 1833 § 147.
Kühner: Ausführl. Grmtk. der griech. Sprache. Hannover 1870[2] Theil II § 433 pg. 411.
Krüger: Griech. Sprachlehre. Leipzig 1875[5] Theil I § 68, 24.

quam apud Sophoclem, ter apud Thucydidem“ apparet, apud omnes omnis fere aetatis scriptores tam constans est, ut nisi apud certissima movendi verba, id quod Thomaszerskium, doctissimum illum virum, fugisse videtur, haud facile reperiatur. Nam in omnibus aliis conjunctionibus ad significandum ejusmodi motum adhibitis non tam saepe *κατά* quam *ἀπό* praepositionem deprehenderis. Quae cum ita sint, istam dicendi formulam ex communi quadam origine ac fonte, fortasse ex Homero,[1] emanasse arbitror, praesertim cum etiam apud Atticos *ἀπό* praepositione locum, unde vel homo vel aliqua res moveatur, multo saepius significari notum sit. Qua de causa localem istum *κατά* praepositionis usum in saecula magis magisque rarescere coepisse Lucianeisque temporibus tam prorsus evanuisse dixerim, ut apud eum nisi in locis memoriter laudatis atque aliunde petitis non inveniatur. Quam sententiam atque observationem tantum abest, ut impugnent, ut adjuvent et confirment exempla Lucianea. Agmen autem ea ducant, quae scriptor noster Theognidis, qui versu 175 (ed. Bergk) *ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων* hoc consilio ad fugiendam molestam paupertatem dato aliis scriptoribus praetulit facem, manifestissima imitatione conformavit, quod dictum postea in proverbiorum numerum abisse videtur. Deprehenduntur autem haec verba imitando expressa in Luciani Tim. c. 26: *ἐς βαθυκήτεα πόντον φέροντες ἔῤῥιψαν αὐτοὺς καὶ πετρῶν κατ' ἠλιβάτων.* Idem de pauperibus est locus, qui, quod se a Pluto neglectos esse opinati „diram pauperiem

[1] Hom. Od. VIII 508: *κατὰ πετράων βαλέειν*, et Spitzner l. l. pg. 21.

pati“ nesciunt, de saxis in mare se praecipitant. Deinde de merc. cond. c. 5: *καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ἴσως ῥιπτεῖν ἔδει, ὦ Θέογνι, καὶ πετρῶν, ὡς φής, κατ' ἠλιβάτων.* Hoc uno loco Theognidis imitator noster mentionem fecit. Tum in Apol. c. 10: *εἰς βαθυκήτεα πόντον σφᾶς αὐτοὺς ῥιπτεῖν καὶ κατὰ κρημνῶν ἠλιβάτων.* Nescio qua de causa Bekkerus *γὲ* particulam hoc loco post substantivum superaddiderit, quam emendationem Dindorfius tacite, ut solet, (nihil enim in adnotatione critica commemoravit) in textum recepit. Mea quidem sententia *γὲ* est delendum, nam nemo unquam in duobus locis antecedentibus, inter quos et nostrum discrimen exstat nullum, eam desideravit. Praeterea in Amor. c. 16: *αὐτόν γε μὴν τὸν νεανίαν, ὡς ὁ δημώδης ἱστορεῖ λόγος, ἢ κατὰ πετρῶν, φασιν, ἐνεχθέντα, ἢ . . . .* quo enunciato *ὡς . . . ἱστορεῖ* interposito Lucianus satis luculenter proverbium indicavit. Locus est de amatorio juvene, qui desperato amore idem se in mare praecipitem dedit. — In Phal. I c. 12: *ἐκεῖνον μὲν ἄταφον κατὰ κρημνῶν ῥίπτειν ἐκέλευσα.* —

Luculentissima sunt haec exempla, quae, quo facilius consuetudo et proprietas Lucianea locos ex antiquis scriptoribus haustos laudandi cognosceretur, dedita opera, pleniore quam quis exspectaverit, verborum compositione adscripsi. Sed tantum abest, ut vides, ut Lucianus Theognidea illa verbo tenus quam religiosissime laudet, ut de industria vocibus quibusdam interjectis, veluti in primo loco *φέροντες*, secundo *ἴσως* et *ὡς φής*, tertio *κρημνῶν* pro *πετρῶν* posito, quarto *φασιν* addito leges huius versus metricas, ut numerosus ille recitari nequeat, perturbet. Itaque non ad fidem exemplaris propositi quam accuratissime, sed memoriter tantum nostrum auctorem locos aliunde petitos afferre solere, in his

autem non verborum ejusdem compositionis ipsorum-sed gravitatis sententiarum ad suam rem accommoda, tarum rationem habere mihi concedes. Cumque Lucianus ipse, unde sua sumpserit, compluribus locis indicet insignisque similitudo cum verborum compositionis tum sententiarum conexus imitationem arguat, omnes istos locos imitando expressos detegere et reperire, ubicunque autem libelli Lucianei aut manifesto vitio aut sententiarum perpetuitate laborant, emendationes proponere, propositas his locis confirmare haud ita difficile negotium est. Quare alii[1] interpretum iique plurimi atque in arte critica exercenda moderati Fritzschius, Schwidopius, Sommerbrodtius istam locorum similitudinem indicasse et ad eam emendasse sat habuerunt suamque Luciano dictionis proprietatem integram, intactam, incorruptamque reliquerunt, alii, in iis maxime Cobetus, cum jam nonnulla a Luciano ex antiquis spectatis scriptoribus esse sumpta intellexissent, tum multo labore ac sudore sibi inquirendum esse arbitrantur, num forte is, ad quem Lucianus suam composuerit manum, locus reperiri possit. Quem ubi odorati sunt, neglecta ac spreta omnium codicum fide atque auctoritate ad inventi compositionem stilumque tanquam ad amussim reconstruere ac reformare non dubitant. Qui quam recte hoc faciant, ipsi viderint, caveant tamen, ne opprobrio sibi tribuatur, quod paulo violentius atque audacius emendandi artem adhibuerunt.[2]

[1] Fritzsche: Quaest. Lucianeae Lipsiae 1826.
Schwidop. Quinque specimina observationum Lucianearum Regim. 1848/72.
Julius Sommerbrodt: Lucianea Leipzig 1872.
C. G. Cobet: Variae Lectiones Lugduni Batav. ed. II 1873 pg. 75 squ.

[2] Quo tandem jure aut more Cobetus etiam singulas vel constructiones vel enuntiationes, nisi hae usque ad voculam, quantulacunque est, ipsissimis Atticorum verbis expressae antiquam dicendi quam accuratissimam elegantiam redolent, exstirpandas ac funditus tollendas esse putavit Lucianeumque stilum deformavit, depravavit mendosumque fecit? Quae autem Luciani a florentis Graecitatis exemplis aliquantulum recedunt, ea omnia l. l. pg. 312 „non satis perspectam a Luciano Atticam consuetudinem"; pg. 313 „frequens vitium" vel „manifestum errorem" pg. 321 „absurdum"; pg. 329 „extremam barbariem" pg. 346 „prorsus inepte et temere a Luciano ficta" — in talibus enim grassatur non invitus — vocitare non est gravatus. At „vitia" ista num a Luciano scite et considerate esse commissa credas? Atticorum praecipue linguae naturam et dicendi usum nostro auctori minime fuisse ignota assensum ipsius Cobeti me extorsurum spero, voluntarius dummodo ille vir, Graecae linguae perquam peritus, multorum exemplorum, quibus idem saepius luculenter demonstravit, meminerit. (cf. l. l. pg. 76/77: „Eodem modo saepe meliora non nesciens sequitur (Lucianus) deteriora, plerisque omnibus eadem peccantibus.") — Sed praeter sententias ex antiquis fontibus haustas Lucianus nihil in suam rem vertit, ipsissima veterum scriptorum verba, quamvis studiosissimus imitator fuerit, describere nec voluit, nec pro sua ingenii facultate potuit. Nam etsi perfectam et sanam elocutionis speciem et formam tanquam summum exemplar ad imitandum sibi proposuit, tamen, quoniam id, ut ab aequalibus scripta sua diligenter legerentur, ut ab iisdem in declamationibus publicis, quas in omnibus imperii Romani provinciis habebat, bene recteque intellegerentur verba sua, summopere agere studebat: fieri non potuit, quin, ne nimis studiose obsoletam, inusitatam, omnibus tum

Sed longius quam speraveram aberravit a proposito oratio nostra, quare redeamus, unde egressi sumus, ad praepositionem. Praeter verbum *ῥίπτειν*, a quo ipso et similibus auctor noster multo saepius praepositiones *ἀπὸ*[2] et *ἐκ* pendentes facit, etiam verbum *ἀφιέναι* — praecipitem dare — *κατὰ* praepositio sequitur, quod dicendi genus idem ex imitatione quadam natum et observatum videtur.

En habes Lucianea exempla:

Navig. c. 44: αὐτὸν ἀφῆκα φέρεσθαι κατὰ τῶν κρημνῶν eum (tyrannum) de saxo (in mare) praecipitem dedi. Quibus consimiles sunt qui leguntur loci in Icar. c. 11: ἀφῆκα ἐμαυτὸν φέρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ praeciqitem de arce me demisi“ et in Pisc. c. 50: οὐκοῦν καὶ οὗτος κατὰ τῶν πετρῶν (scil. ἀφείσθω). Praeter eam quam posui mediam, etiam haec dicendi formula supplicium indicare videtur.

---

inauditam dictionis consuetudinem sectari atque affectare videretur neve lectores auditoresque majore taedio ac fastidio quam studio voluptateque lectitandi afficeret, usum dicendi suis temporibus pervulgatum secutus incorruptae antiquorum linguae novitii aliquid sermonis et nativi et cotidiani intermiscuerit. Illud igitur nobis etiam atque etiam est premendum: non in critici cuiuslibet cogitatione animoque quemvis stilum sibi depingentis, sed in scriptoris nostri natura atque ingenio, mente ac voluntate variandae pro aequalium provincialiumque usu loquendi et scribendi suae quoque dictionis proprietatem esse positam et constitutam. Quotusquisque igitur est, qui quingentos fere annos inter Atticorum et Luciani aetatem interesse non magnopere laborans nostro auctori „mediis Athenis“ neque nato neque educato neque diu morato tamen Atticorum dicendi consuetudinem quam elegantissimam propter solam imitationem imputare atque injungere audeat? Jam ut, quod sentio, libere dicam: Quisquis rationem istam a Cobeto in textu restituendo institutam sequetur scriptorisque nostri verba corrumpere potius quam corrigere atque emendare non desinet, non Lucianeam manum neque ad codicum fidem emendatam, sed, qualis nunquam fuit, ad correctoris atque emendatoris in pejora ac deteriora cuiusdam libidinem redactam eamque Cobetianam nobis imponet. Quam rectissime de ista perversa ac praepostera Cobeti ratione ac via jam Sommerbrodtium (Ausgew. Schriften des Lucian I[2] pg. 26) his verbis video judicasse: „Es ist jedenfalls richtiger, sie (die nicht attischen Formen) wenigstens nur mit grosser kritischer Vorsicht zu verbessern, als mit Cobet'schem Messer überall sie auszurotten und Lucians Sprache so attischer machen zu wollen, als sie gewesen ist....“

Huc etiam referendi sunt loci ex Pisc. c. 48 et c. 49, quorum priorem codices iique optimae notae Marcianus Φ, qui 434 numeratur et Vaticanus M num. 90:

ἄφες αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν κατὰ τῆς πέτρας, alii Gorlicensis (A) Vindobonensis B, Venetus Ψ num. 436 ἀπὸ τῆς πέτρας tradunt. Altero autem loco omnes codices ἀπὸ τῆς πέτρας lectionem exhibent. Editores[3] atque interpretes quam maxime in textu restituendo inter se discrepant: Carolus Jacobitz, Immanuel Bekker, Julius Sommerbrodt priore loco (c. 48) praepositione κατὰ remota ἀπὸ in textum receperunt eandemque servaverunt altero; Franciscus Fritzsche codicum lectiones secutus illo loco κατά, hoc ἀπὸ praepositionem tuitus adnotavit: „Pro hoc ἀπὸ Cobetus V. L. pg. 277 κατὰ conjevit apte

---

cui argumentationi nihil habeo, quod addam. Istam vero Cobeti rationem ad vivum Lucianeam manum resecantis probent qui volent, dummodo proprietates quasdam dicendi veluti cumulate positas particulas, leges in sinceritate Graecae syntaxeos et in collocatione nominum liberius tractatas Luciano et suis aequalibus intactas atque inviolatas sinant: ista enim vis est codicum fidei auctoritatique illata, non corruptelis mendisque admota medicina.

[2] cf. Char. c. 1 ῥίψῃ ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βήλου; Phalar. I c, 6 ἰδὼν ἀπὸ (?) τῆς πέτρης ῥιπτόμενον; De sacrif. c. 6 ἐῤῥίφη ἐξ οὐρανοῦ; Luc. c. 22 ῥίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ; ibid. c. 33 ῥῖψαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ὄρους; Philoptr. c. 4 πάντας ἀπέῤῥιψεν ἀπὸ τοῦ βηλοῦ; Char. c. 6 ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐμπεσοῦσα; Alex. c. 39 κατῄει ἀπὸ τῆς ὀροφῆς; Philops. c. 19 καταβὰς ἀπὸ τῆς βάσεως; Fugit c. 6 καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων; Bacch. c. 5. Dial, mar. 14,3 κατιοῦσαν ἐκ τῆς πέτρας; Dial. meretr. 13,4 αἷμα κατέσταξέ σου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς; De sacrif. c. 6 ἀπὸ τοῦ πύργου καταπεσών; Tox c. 43 κατασπασθέντα ἐκ τοῦ ἵππου; Luc. c. 41 καταπηδήσαντες ἀπὸ τῶν ἵππων.

[3] Lucianus ex recens. Caroli Jacobitz Lipsiae 1836.

Lucianus ab Im. Bekkero recognitus, ibid. 1853.

Ausgewählte Schriften des Lucian, erklärt von Jul. Sommerbrodt. I[2] Berlin 1872; II[2] 1869; III[2] 1878.

„comparatis c. 48 et c. 50 verbis eisdem, tamen seriores „utroque (sic) modo locuti videntur. cf. Phalar. I c. 6 et Conv. c. 44.“ — Dindorfius tacite, ut assolet, conjecturam a Cobeto propositam in textum recepit. Nam cum ex omnibus codicibus, cuius tamen rei Cobetus mentionem fecit nullam, duo optimi *κατὰ* subministrent, id unum vocabulum corruptum permutatumque et *ἀπὸ* videtur esse natum, quod quam saepe sit factum, Cobetus[1] luculenter demonstravit. Neque tamen Cobeti argumentationi tantum ponderis et gravitatis inesse arbitror, ut coniecturam illam nulli posse dubitationi esse obnoxiam evincamur, sed praeter siglorum, quibus *ἀπὸ* et *κατὰ* scribebantur,[2] permutationem et analogiam quae vocatur locorum, accedunt alia, quibus hanc emendationem valde confirmari judico. Formula *κατὰ πετρῶν ἀφιέναι* cum genus quoddam supplicii sceleratorum hominum et idem quod *ἐς βάραθρον ἐμβάλλειν*[3] significare, tum translato

Luc. Samosat. rec. Franciscus Fritzsche vol. I 1,2 Rostochii 1860; II 1,2 ibid. 1865—70. volum. III, 1 1874.

Luciani Samos. opera ed. Guilelmus Dindorf. Lipsiae 1858 59.

[1] „ l. l. pg. 277 Hinc *ἀπὸ* et *κατὰ* inter se permutantur, non „magno malo, si quis longo usu noverit, ubi *ἀπὸ* requiratur, ubi „*κατὰ* sit necessarium, eaque inter se salva Graecitate permutari „non posse. Aliquem de saxo dare praecipitem dicitur *ῥίπτειν*, „*ὠθεῖν τινα, βάλλειν, ἀφιέναι τινὰ κατὰ πέτρας*, non *ἀπὸ πέτρας*. „Itaque vitii manifestus est locus Luciani 15,48 et 15,49, utrobique „*κατὰ* emendandum esse, si forte dubitas, demonstrabit ibi c. 50. „Similiter 30,6 *ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτόμενον* emenda *κατά*.“

[2] vide Oscarum Lehmann: Die tachygraphischen Abkürzungen der griech. Handschriften pg. 86. Leipzig 1880.

[3] Gilbert: Griechische Staatsalterthümer. Leipzig 1881. I pg. 387. Aristoph. equites ed. Kock Berol. 1867 v. 1362: *μετέωρον ἐς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ.*

Schol. ad Aristoph. Plut. v. 431 *τὸ βάραθρον· χάσμα τι φρεατῶδες καὶ σκοτεινὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐν ᾧ τοὺς κακούργους ἔβαλλον,*

usu rationem ac modum, quibus quisquis sive a nefario homine, sive a quavis molesta re sese liberaturus est, uti solet, indicare videtur. Qui sensus quam egriegie in nostros locos quadret, facile ex orationis perpetuitate cognoscas. Parrhesiades (Lucianus) magnis praemiis propositis multos sophistas in Athenarum arcem convocavit. Qui cum non ad accipienda praemia, sed ad vitae et morum rationem reddendam se arcessitos esse comperissent, omnes in diversas partes diffugerunt. Quare in muro se sedentem fingens Lucianus hamum cum illecebris affixis, ut, quibus qui allectus hians escam devoravit, is captus ex profundo extraheretur, in altitudinem urbis demisit. Sed qui ab antiquis qui reviviscentes adstare cogitantur, philosophis philosophiae nomine, quod id philosophorum genus elatius prae se ferre solebat, indignus invenitur, is praeceps de muro ire jubetur. Mihi quidem Lucianus adhibita illa Theognidea formula tecte illud quidem, tamen satis luculenter omnes sophistas, quorum mores verae philosophiae nomini ludibrio essent — gravissimo supplicii genere — de saxo esse praecipitandos indicasse videtur. Accedit, quod Theognidem poetam scriptor noster etiam aliis locis imitatus est, quare etiam utrumque Piscatoris locum accuratissime ad exempla modo commemorata eum conformasse existimo. Ista enim loquendi formula, quae cum apud omnes auctores iisdem semper verbis concepta quam frequentissime redeat, tam certam fixamque verborum compositionem accepit, ut stabilem et constantem eam dicere possimus, cui propterea ne particulam *γὲ* quidem inserere licet. Quibus de causis maximeque propter eam ipsam manifestissimam imitationem conjectura *κατὰ* tam bene defenditur, ut *ἀπὸ* lectionem haud quemquam commendare suscepturum sperem. — His adde, quod

conjectura κατὰ priore loco (c. 48) cum optimorum testium auctoritate confirmatur, tum in Luciano, uno tantum loco excepto[1] exemplum, quo ἀπὸ praepositio ex verbo ἀφιέναι suspensa nitatur ac fulciatur, invenitur nullum; at idem verbum altero loco exstat, subaudiendum est altero. — Neque aliter res cum verbo ῥίπτειν stat. Nam quod Fritzschius „seriores utroque modo locuti videntur" dicit, cum praeter unicum qui est in Luc. c. 42 locum: ῥίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ, certum ἀπὸ praepositionis exemplum Lucianus non exhibeat, ad refutandam observationem meam nullius est validi argumenti. Etenim in Phalar. I. c. 6 si conjecturam a Cobeto propositam (κατά) non probaveris, dubium relinquitur, utrum hic ab antiquo dicendi usu Lucianus deflexerit necne. Quod autem in Char. c. 1 legitur[2] (cf. pg. 19 an. 2) id nihil habet difficultatis; est enim locus ex Homeri Jl. α 591 excerptus.

Eadem ratio in locali praepositionis usu apud verbum ὠθεῖν cernitur veluti in Philopatr. c. 1, quem locum Bekkerus et Dindorfius rectissime sic: κατὰ κρημνῶν ὠθούμην ἂν ἐπὶ κεφαλήν, Jacobitzius et editio Bipontina (1791) κατὰ κρημνὸν ..... ἐπὶ κεφαλῆς tradunt. Sed iam ex vocabuli πήδημα quod sequitur notione restitutam illam lectionem veram esse apparet; nam de Cleombroto, qui lecto Platonis de animae immortalitate libro de saxo in mare se praecipitem dedit, sermo est. Quam ob causam, si ad similes supra locos laudatos animum attenderis, κατὰ κρημνὸν non esse ferendum concedes. Quibus haec exempla adicere juvat:

Pisc. c. 44 κατὰ τῶν κρημνῶν οἱ πολλοὶ ἁλλόμενοι; De morte Per. c. 9 κατὰ τοῦ τέγους ἁλλόμενος.

[1] Conv. c. 44 ὁ δὲ τὸν [illegible] ἀφῆκεν ἀπὸ τοῦ κλιντῆρος.

[2] Char. c. 1 ῥίψῃ κἀμὲ ἀπὸ τοῦ βηλοῦ.

Qui loci iidem imitationem redolent; nam duo priores fortasse comico cuidam patrono debentur[1]. Char. c. 5 μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν „(parce) pedem in lubrico ponere." Quamquam movendi verbum deest, huc tamen etiam locus, qui est in Amor. c. 41 pertinet: λίθους Ἐρυθραίους κατὰ λοβῶν ᾐωρημένους „Erythraeos lapillos in auriculis suspensos" (habentes), quod demissi deorsum in terram cadunt.

b) Alterum praepositionis κατὰ sequente loci genetivo genus proprio intellectu id supra posuimus, quo locus, „ubi motus desinit" ita indicatur, ut actio movendi, ne in infinitum fiat, aut certis finibus terminisque circumscribatur, aut quo quid tendit, ibi consistere cogatur. Sed quidquid petitur, in depressiore loco positum cogitatur, terminusque, quem quis petit, semper respicitur. Notio praepositioni eadem, quae latinae, „in" vel „ad" accusativo appositae, nostrae „in", „auf" cum interrogamus „worauf" „wohin?" est. Plurimi ejusmodi loci Lucianei verbum παίειν (πατάσσειν) in certis perpetuisque verborum coniunctionibus exhibent, quod tamen multo saepius praepositiones εἰς[2] aut παρὰ[3] cum accusativo, aut ἐπὶ

[1] cfr. Fritzschium, qui in adnot. ad locum: De hoc loco Valckenaerius ad Hippol. v. 415 „ubi versus latet Comici"; de qua re dubitare licet, dicit.

[2] De morte Peregr. c. 17 παίων καὶ παιόμενος εἰς τὰς πυγάς; Philops. c. 28 εἰς τὰς πυγὰς ὡς τὰ παιδία παίεσθαι; Demonax. c. 16 ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλήν; Conv. c. 43 ἔπαιον ἀλλήλους εἰς τὰ πρόσωπα; Jup. trag. c. 49 ἔπαισε' ἂν ἐς τὴν κεφαλήν; ibid. c. 52 αὐτὸν πατάξειν ἐς τὴν κεφαλήν; Tox. c. 17: πατάξας αὐτὸν εἰς τὸν κρόταφον; ibid. c. 43 πατάξας εἰς τὸ στέρνον; Anach. c. 3. παταχθέντος εἰς τὴν γνάθον.

[3] Tox. c. 50 παίει παρὰ τὸν μαστόν; ibid. c. 55 πατάξας παρὰ τὸν αὐχένα.

cum genetivo coniunctas sibi adsciscit; cuius usus etsi Atticorum est frequentissimus, duos tantum locos[1] Lucianus habet, id quod Cobetus[2] commemorare neglexit. Exempla denique talia in Luciano inveniuntur: Conv. c. 33 *ἔμελλε παίσειν κατὰ κόῤῥης*; Catapl. c. 12 *παρέτιλλέ με καὶ κατὰ κόῤῥης ἔπαιε*; Luc. c. 16 *κατὰ τῶν μηρῶν ἔπαιεν*; Gall. c. 30 *κατὰ κόῤῥης δ' οὖν αὐτόν*; Dial. mort. 20,2 *τὸν Σαρδανάπαλον πατάξας δὲ πατάξαι μοι κατὰ κόῤῥης ἐπίτρεψον*; Prom. c. 10 *κατὰ κόῤῥης ἐπάταξαν*; Anach. c. 40 *κατὰ κόῤῥης παταχθῆναι*.

Alia iam sequantur verba:

Pisc. c. 7 *ὃς καθ' ἡμῶν ἐτόξευες* quo loco *κατὰ* etiam metaphorice usurpatum intillegi ita potest, ut idem quod Latinorum „contra" significet, de quo postea. Ocyp. v. 35: *ὁ δεινὸς κατὰ ποδῶν οὗτος (πόνος) παρῆν* dirus in pedes hic dolor ingruit", ibid. v. 158 *κατὰ ποδῶν τοξεύομαι*. Tox. c. 44 *ἐπισπεῖσαι κατὰ τῆς τραπέζης* „libare in mensam". Amor. c. 16 *εἰ δὲ φαύλως κατὰ*

[1] Jud. voc. 9 *παίσαντί με ἐπὶ κόῤῥης* Luc. c. 10 *ἐπὶ κόῤῥης πλήξασά με*.

[2] vide Cobetum l. l. pg. 334 qui locis nonnullis, qui Atticorum dicendi formulam *ἐπὶ κόῤῥης* subministrant allatis haec dicit: „Hos „locos eruditi omnes tenebant memoriter, itaque Lucianus inter„dum recte *ἐπὶ κόῤῥης* scribit, ut 4,9 *παίσαντι ἐπὶ κόῤῥης*, saepius „peccat (?) ut 45, 29; 71, 33 et alibi." At id non peccatum esse neque ad Atticismi severas constantesque distionis leges Lucianeum stilum penitus adigere licere, sed dicendi consuetudinem usitatissimam in omniumque tunc ore versatam exemplis enumeratis satis ostendisse videmur, in quibus, ut vides, scriptor noster, si verberandi feriendive verbum praecedit, ab Atticorum usu recedens multo saepius cum nomine praepositionem *εἰς* et *κατὰ* quam *ἐπὶ* cum suo casu conjungere solet. Num igitur propter duorum locorum lectionem cum Cobeto in omnibus aliis iisque plurimis locis contra codicum auctoritatem *ἐπὶ* corrigendum esse censes?

τῆς τραπέζης ῥίψειεν (scil. *τοὺς ἀστραγάλους*) sin male in mensam (talos) jactasset; ibid. c. 20 *κατὰ πετρῶν δέ, φασιν, ἀγόνων σπείραντες* in sterilia, quod aiunt, saxa seminantes.

c) Tertia denique primitiva ac naturalis praepositionis *κατὰ* cum genetivo loci copulatae significatio est ea, qua „totum spatium percursum" indicari supra accepimus. Particula nostra, quam vernacule „von—herab"; „längs—herab" vetere possumus, eum denotat locum, cuius per superficiem movendi actio sic perficitur, ut, unde quis abducitur, vel per quem currit, vel de quo puid demovetur, significet. Motus autem ita semper fieri cogitatur, ut a superioris loci parte coeptus et in inferiorem deorsum institutus dirigatur. Verba denique, quibus hic praepositionis usus illustratur, his paucis admodum locis Lucianeis deprehendes haec:

κυλίειν Quom. hist. c. 4 *εἰ κατὰ τῶν πετρῶν κυλίοι τις πιθάκιον*: si quis de rupibus devolveret dolium; *ἰέναι*: Pro imag. c. 25 *Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος* cfr. Hom. Od. VI,102 *δραμεῖν*: De domo c. 10 *ἥδιον ἂν οἶμαι δράμοι (ἵππος) κατὰ πρανοῦς πεδίου*; *ἐκχέειν* Amor. c. 6 *ἀθρόας κατὰ τῶν κάλων τὰς ὀθόνας ἐκχέαντες* vela a summis usque ad infimos rudentes extensa effuderunt. Lexiph. c. 15 *σὺ μὲν πλεῖ καὶ νεῖ καὶ θεῖ κατὰ τοῦ κλύδωνος* „tu igitur naviga.... per fluctum"; verbum *θεῖν* autem *ἐπὶ* praepositionem saepius sibi vindicat.[1]

Tria igitur genera praepositionis *κατὰ* loci genetivo additae, ubi eam a verbis motum significantibus pendentem vidimus, distinguenda sunt. Sed quoniam vocula *κατὰ* non solum cum verbis movendi sed etiam quies-

[1] Quom. hist. c. 8 *ἐφ' ὕδατος ἢ ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους*; Navig. c. 4 *ἐπὶ τῆς κεραίας διαθέοντα*. Ver. hist. II c. 2 *διαθεῖν ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου*; ibid. c. 4 *ἐπὶ τοῦ πελάγους διαθέοντας* al.

cendi locali item ac propria notione copulata occurrit, his adnumerare cum liceat praepositionis usum, quo loci aut cuiuslibet rei, ut muri, parietis, spatii, aliorum nostra praepositione denotata planities vel superficies, tanquam fundamentum, in quo quid perficitur ita exprimatur, ut perfectae quidem in eo actionis vel eventus quidam, vel quietus status condicioque, vel qualiacunque vestigia restent. Quamquam autem movendi verbum praepositio *κατὰ* non habere, sed ad quietem statumque significanda esse usurpata videtur, hunc tamen usum inde, quod motus notio, quamvis verbo non expressa ita tamen praepositioni ipsi subesse cogitatur, ut animo et cogitatione subaudiatur, repetendum esse censeo. Cujus usus explicationem omnium optimam eamque quam inveni solam God. Hermannum[1] dedisse, usum tamen nec in lexicis nec in artibus, quas supra laudavi, graecis satis notatum ac distinctum, Thomaszewskium[2]

[1] „vide Opuscul. vol. V pg. 47: Nam *κεῖσθαι κατὰ χθονὸς* et „quidquid huiusmodi afferi potest, usitata Graecis ratione sic di- „citur, ut sit jacere dejectum in terram."

[2] cf. Thom. l. l. pg. 9 qui compluribus exemplis, quae ad unum omnia movendi tantum verba veluti *ἥκειν, ἐλαύνειν, φεύγειν, φέρεσθαι* continent allatis sic pergit: „Eodem modo (?) interpretari „licet Herod. II, 121,7 *τοῦ φωρὸς τὸν νέκυν κατὰ τοῦ τείχεος κατα-* „*κρεμάσαι* neque aliter itellego, quae apud Lucianum legi *κατὰ τοῖχον γεγραμμένος πόλεμος* (Quom. hist. c. 29) de pictura enim „cogito, quae a summo usque ad infimum murum pertinet. Etsi „sane . . . . paulum interesse, utrum *κατὰ* „längs—herab" an „„von—herab" vertamus, tamen illud a me factum discrimen „rectum esse, nemo, ut spero, negabit, cum vel alia exempla „exstent, in quibus motus deorsum instituti significatio evanuerit „et sola illa altera appareat, sic ut *κατὰ* fere idem (sic) significet, „quod praepositio ei contraria *ἀνὰ* cum accusativo conjuncta, in „talibus locutionibus ut *ἀνὰ δῶμα* per domum, *ἀνὰ στρατὸν* per „castra etc." Sed quis est qui de pictura recte cogitans hanc

denique, cum a movendi verbis non sejunxisset, non penitus perspexisse et paulo incautius hanc materiam pertractasse video. Particula *κατὰ* hac potestate usurpata maxime cum praepositione *ἐπὶ* cum genetivo conjuncta commutatur et quietum statum in loco vel extensionem per locum significans latinae „in" cum ablativo, nostrae „in", „auf" cum interrogamus ubi? respondet. Nobilissimum ad hanc sententiam stabiliendam et confirmandam est, quod in Dem. enc. c. 23 legitur exemplum: *περὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἐξελαύνειν δρόμους ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρματοτροχιᾶς ἅπαντας μηδὲν παραβάντας, ὥσθ' ἑνὸς δρόμου σημεῖα καιὰ γῆς ὑπολείπεσθαι.* Sermo est de arte curru vehendi. Anniceris Cyrenaicus apud Platonem eiusque sodales gloriam appetisse dicitur. Qua de causa ut aurigandi peritiam ostentaret, „multa

tantam effigiem, in qua totam pugnantium deproeliantiumque aciem pictam fuisse censendum est, in tantulo spatiolo, quod „a summo usque ad infinum murum pertinet" tanquam in una tenui et ad perpendiculum demissa linea pingi ac demonstrari posse credat? Qui tamen istam sententiam explicationemque praepositionis defendendam suscipere voluerit, is *κατὰ* particulam, cum posuerit cum accusativo, salvabit Graecitatis sanitatem. Nonne potius parietis superficiem, in qua proelium commissum pictum erat, multo majorem in fronte quam in altitudinem fuisse concedes? Mea quidem sententia nihil prorsus interest, utrum area, quae tanquam fundamentum pingendi actioni inservit, ut muri, parietis, ad perpendiculum directa, an plana et aequa sit, ut quodlibet est spatium, in cuius superficie semper nostra praepositione aliquid esse peractum indicatur. Quod autem Thomaszewski neminem, si *κατὰ* idem significare, quod praepositionem ei contrariam *ἀνὰ* cum accusativo conjunctam contendat, negaturum sperat, valde vereor, ne eum sua spes decipiat, etiam si suam explicationem exemplis ibidem allatis defendere velit; respondere enim particulam quam accuratissime *ἐπὶ* cum genetivo conjuncto iam supra diximus.

circum Academiam egisse curricula fertur, per eandem omnia orbitam, quam nusquam egrederentur, ut curriculi non nisi unius in solo vestigia (rotis impressa) relinquerentur.“ — Eodem fere modo praepositio explicanda est apud verbum *γράφειν*. Quomodo hist. c. 9 *κατὰ τοίχου γεγραμμένος*[1] *πόλεμος*; ibid. c. 62 *κατὰ τῶν λίθων τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἔγραψεν*; Dial. meretr. 4,3 *κατὰ τοίχου τινὸς καταγεγράφθαι τοὔνομα.* Nam sive muri sive parietis superficies tanquam materia ac fundamentum inservit, in quo singulae literae ita scribuntur, ut actione scribendi finita, cum jam literarum, qui dicuntur ductus, in superficie aut insculpti aut incisi aut impressi sunt, cognosci legique possint. Quibus de causis non sensu, sed, cum aliam cogitatione nobis imaginem fingamus, materia ad scripturam adhibita proverbium, quod est in Catapl. c. 21: *παίζεις, ὦ Χάρων, ἢ καθ' ὕδατος γράφεις*: „Ludis, o Charon, aut in aqua, quod ainut, scribis“ a nostro proverbio: „Schreibe es in den Schornstein“ — utrumque de rebus, quae fieri nequeunt usurpatum et pervulgatum — discrepare videtur. Nam in aqua literis impressis scribere nemo potest, fumario si quae incidnntur literae, quam brevissimo tempore

[1] cfr. libellum: Quom. histor. ed. C. Fr. Hermann pg. 192 *κατὰ τοίχου* insolenter dictum; explicandum est inde, quod parietis superficiei insuper inducitur pictura. Sic Phavor. *κατά· ὅτε σημαίνει τὸ ἐπάνω μετὰ γενικῆς συντάσσεται, οἷον κατὰ ψάμμου ἀθύρουσι τὰ παιδία καὶ κατὰ γῆς ἵσταται.* Ad hanc adnotationem Thomasz. l. l. pg. 9: „Non recte puto“ commemoravit. Equidem „rectissime“ dico, quantum ad explicationem Phavorini praepositionis *κατὰ* attinet. Attamen vera magis divinasse quam perspecta habuisse eum exemplis allatis elucet. Toti enim parietis superficiei si inducitur pictura, inducta quidem in muri superficie, ut *ἐπάνω* (insuper) sit, remanet.

fuligine oblitae exstingnuntur.[1] Qui praepositionis *κατὰ* usus apud verba quietum statum significantia usurpatae vel eo stabilitur, quod verbum *γράφειν* in formis passivis nunquam (in activis rarissime) cum praepositione *εἰς*, sed cum *ἐν* et *ἐπὶ* voculis conjungitur.[2] Jam porro alia verba afferenda sunt:

ἐπιτιθέναι Amor. c. 36 *ἀνάγκη γὰρ κατ' αὐχένων, ζυγὸν ἡμῖν ἐπιθεῖσα*[3] *τοῖς κελευομένοις πειθαρχεῖν*: „Necessitas enim grave cervicibus nostris jugum imponit et imperiis nos parere jubet“. — *δέω* Luc. c. 9 *ἅμμα κατ' ἰξύος δήσας* vincula ad ilia alligans. — *κεῖσθαι* Ocyd. v. 73: *κεῖται*[4] *κατ' εὐνῆς*, ibid. v. 87: *παρεῖναι*

[1] Schol. ad hunc locum adnotavit: „*Παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν* „*ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων πράγμασι· τὸ γὰρ καθ' ὕδατος γράφειν* „*ἀδύνατον*..“ — Schwidopius l. c. II pag. 59 haec dicit: *εἰς ὕδωρ* „*γράφειν* cfr. Leutsch et Schneidewin: Paroemiagr. Graeci pg. 344,5 „(ubi cod. regius num. 1000 his: *ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων* proverbium „explicat). Usurpat Men. apud Meinek l. c. IV pg. 341: *Ἀνδρῶν* „*δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.* Dicitur etiam *καθ' ὕδατος γράφειν*. „Jacobitz ad Catapl. c. 21 pg. 45. Bekker Charikles vol. II „pg. 396,3 *εἰς ὕδωρ γράφειν* oder *εἰς τέφραν* war sprüchwörtliche „Redensart für jedes vergebliche Bemühen, namentlich aber auch „von nichts geltenden Eiden.“ Schneidewin pg. 267,83 Eodem modo dicitur *ἐν ὕδατι, εἰς ὕδωρ γράφειν, σπείρειν.* Schwid. l. l. spec. II pg. 59 s. v. *ὕδωρ*.

[2] Tox. c. 6 *ἀναγράψαντες ἐπὶ στήλης χαλκῆς*; ibid. *τὰ ἐπ' αὐτῆς γεγραμμένα*; ibid. *ἐπὶ τοῦ ἑτέρου τοίχου γέγραπται*; Dial. mer. 10,4; Quom. hist. c. 10 *σέ που γεγραμμένον*; Zeux. c. 4 *ἐπὶ χλόης ἡ Κένταυρος πεποίηται*; Herm. c. 43 *ἐπὶ τῶν κλήρων γράφοιμεν*; ibid. c. 44; Dial. mer. 4,2 *ἐπὶ τῶν τοίχων γεγραμμένα*; Imag. c. 17 *ἐπὶ πίνακος καταγεγραμμένη*; De dea Syr. c. 16 *ἐπὶ τῶν (προπυλαίων) ἐπίγραμμα τοιόνδε ἐπιγέγραπται.*

[3] Char. c. 3 *τὴν Ὄσσαν ἐπιθεῖναι τῷ Ὀλύμπῳ, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ.*

[4] Philops. c. 27 *ἐπὶ τῆς κλίνης ἐκείμην*; ibid. c. 24 *ἐπὶ τοῦ ἀσφοδέλου κατακείμενοι*; Conv. c. 13 *ἐπὶ μαλακῆς ταύτης εὐνῆς κατακείμενοι.*

πῶς οὖν ἀηδὴς οὐ πάρεστι φλεγμονὴ Τόπον κατ' αὐτοῦ „Cur non adest ergo gravis inflammatio ipso in loco?“ His accedat peculiaris usus Lucianeus praepositionis nostrae verbum *κυοφορεῖν* (impraegnari) sequentis et Latinorum „in“ vel „intra“ respondentis, qui persimilis est epicorum locutioni *κατὰ γαστρὸς ἔχειν*, id quod God. Hermannus de „suscepto *κατὰ γαστρὸς* fetu dictum“ (Opusc. V pg. 47) recte putat, formulamque ni fallor, verbis adnumerat movendi. Sed motus notio huic loco Lucianeo prorsus abesse videtur; de Jove enim impraegnante auctor noster in Philopatr. c. 4 dicit: *τὰ δὲ τοῦ ἀετοῦ καὶ τῆς Ἴδης καὶ τὸ κυοφορεῖν καθ' ὅλον τοῦ σώματος αἰσχύνομαι καὶ λέγειν* „illa enim de aquila et de Ida et illud impraegnari in toto corpore vel dicere pudor est“ similia autem verba, ut impraegnandi locum indicet, semper cum *ἐν* praepositione copulat.[1] Nihil denique motus praepositioni inest, sed quietum statum perfectae iam actionis in Lexiph. c. 9 significat: *ὁ χρυσοτέκτων ὁ κατὰ νώτου ποικίλος* „in dorso versicolor“.

Jam locutio ipsa *κατὰ νώτου* admonet, ut explicatis duobus exemplis Lucianeis aliquid auxilii formulae ad militarem disciplinam translatae interpretando feramus. Prior locus est in Amor. c. 13: *ἔστι δ' ἀμφίθυρος ὁ νεὼς τοῖς θέλουσι καὶ κατὰ νώτου τὴν θεὸν ἰδεῖν.* Nonnulli Athenienses in itinere maritimo, cum templum Veneris et Praxitelis statuam visere cuperent, ad Cnidum insulam appellere constituerunt. In aedem introducti, postquam anticam statuae partem satis admirati sunt, ne quid pulchritudinis eos fugeret, „deam etiam a tergo videre voluerunt.“ (*τὴν ὄπισθεν εὐμορφίαν*) Hoc quidem loco *κατὰ νώτου* quam optime nostro „im

[1] Dial. deor. 9,1 *ἐν τῷ μηρῷ ἐκύει τὸ βρέφος*; Ver. hist. I c. 22 *κύουσι δὲ οὐκ ἐν τῇ νηδύϊ, ἀλλ' ἐν ταῖς γαστροκνημίαις.*

Rücken, von der Rückseite her“, „hinten“ respondet; praepositio autem locum, qui recta linea exadversum vel e regione eius situs est, in quem quis spectat, significat. Eiusdem usus alterum nobile exemplum est in Anach. c. 31 *περιπηδήσαντες, ὡς κατὰ νώτου γένησθε* „ut a tergo essetis.“

Ad militarem vero loquendi usum formulam *κατὰ νώτου* relatam non item aliter atque „im Rücken“, „von der Rückseite“, „von hinten“, numquam ut Thomaszewski[1] vult, „längs des Rückens“, „längs der Rückseite“, convertendam esse puto. Aliud est enim „im Rücken, von der Rückseite her“, aliud „längs der Rückseite (der Queue), quarum locutionum toto caelo inter se diversarum Thomaszewski (explicat enim alteram per alteram particula „vel“) notiones male commiscet; a Graecis tamen eas veluti in nostra lingua quam accuratissime esse distinctas necesse est. Qui *κατὰ νώτου βοηθεῖν* dicuntur, (Thuc. I 62, 2) e longinquo et adverso loco recta ad exercitus tergum tendentes auxilium ferre, sed qui „längs der Rückseite“ eunt, ii a dextro agminis cornu profecti secundum aciei tergum usque ad sinistrum moveri atque incedere cogitantur, id quod Graece mea quidem sententia nisi *κατὰ νῶτον* vel *κατὰ νῶτα* exprimi non potest. Lucianus ipse in Phalar. I c. 11 optimus

[1] l. l. pg. 10: „Ex eodem usu“, dicit, „ortam esse puto locutionem illam disciplinae bellicae *κατὰ νώτου* a tergo im Rücken vel (?) längs des Rückens i. e. der Rückseite, quae significatio facile apud Herod. I 75.3 cognosci potest, ubi de fluvio dicitur *ὅκως ἂν τὸ στρατόπεδον κατὰ νώτου λάβοι* quae verba Kruegerus vertit: „damit der Fluss im Rücken des Heeres (melius est: längs der Hinterseite des Lagers) (sic!) flösse. Equidem malim: „damit der Fluss das Lager (auch) von der Hinterseite (nicht blos in der Front) einschlösse oder umfasse.“

testis: *ἀνοίξας ἅμα τὸν ταῦρον κατὰ τὰ νῶτα* „aperuit bovem in tergo“ i. e. secundum totam summi tergi superficiem foramen vel rimam duxit. Quod de bovis tergo convenit, idem per similitudinem extensionum cum ad postremam tum ad primam aciem vel frontem transferre licet, unde eodem fortasse modo dictiones *κατὰ προσώπου* et *κατὰ πρόσωπον* natae et sejungendae sunt, quarum priorem nostro „in der Front“, „in der Richtung der Front“, „nach der tête“, i. e. eam, in quam suos quisque aciei militum oculos vertit in eamque spectat, regionem versus proficisci (nos dicimus Frontmarsch) vel ordine inverso auf die Front, die tête zu (vom Feinde aus) progredi,[1] alteram autem formulam *κατὰ πρόσωπον*[2] „längs der Front hin“, „die Front entlang“ significare rei militaris periti non ignorant. Sed prioris formulae *κατὰ προσώπου* vice hac potestate praeditae, alteram, quae idem valet, *ἐπὶ μετώπου* multo usitatiorem Graecis fuisse ex exemplorum multitudine facile tibi persuadeas.[3] Neque tamen artes grammaticae, quas supra laudavi, formulam *κατὰ προσώπου*, ac si tanquam furca ex omnibus Graecis monumentis esset expulsa, suppeditant. Qui vero Herodoteo illo loco I

[1] Bernhardy l. l. pg. 238 et Sengebusch: Griech. deutsches Handwörterbuch I pg. 1334 c. s. v. *κατά*: *κατὰ νῶτον γίγνεσθαι* Herod. I,9 wird besonders ein militärischer Ausdruck; *κατὰ νῶτον, κατὰ προσώπον* im Rüchen, in der Front. Herod. I,75; Thuc. III, 108; Polyb. I,28,9.

[2] Polyb. V *ἐπεὶ παρῆσαν οἱ βασιλεῖς ἀμφότεροι κατὰ πρόσωπον* (die Front entlang) *τὰς αὐτῶν τάξεως παρακαλοῦντες.*

[3] Luciani Quom. hist. c. 29 *ἐπὶ μετώπου ἄγειν*; Dial. meretr. 9,5 *ἐπὶ μετώπου μὲν τὸ ὁπλιτικόν, παρ᾽ ἑκάτερα δὲ οἱ σφενδονῆται, οἱ δὲ ἄλλοι κατόπιν*; Xenoph. Cyr. II,4,2 *ἐπὶ μετώπου ἰέναι* „de agmine, quod porrecta fronte incedit“ cf. Henr. Steph. thes. ling. Graec. s. v. *μέτωπον* Xenophon. Hipp. II 3,6 *ἐπὶ μετώπου ἐλαύνειν.*

75,3 versionem formulae *κατὰ νῶτον* „längs der Hinterseite des Lagers“ tueri et defendere voluerit, is explicet velim conjunctiones has Thucydideas III, 107, 3 *κατὰ νῶτον γίγνεσθαι*; IV, 36, 1 *περιιέναι*; IV, 32, 4 (Thom. l. c. pg. 10) alia, nam quid „längs der Hinterseite des Lagers sein, herumgehen u. s. w.“ sit, equidem, quamvis in explicando desudem, enucleare me non posse ingenue fateor.

Restat, ut de locali praepositionis usu, quae Latinorum particulae „sub“ accusativo appositae, nostrae „unter“ cum interrogamus „wohin?“ respondet, agatur. Thomaszewski quidem et omnes illos locos ad mortuos eorumque sedis commemorationem pertinere et praeter hos genetivos *γῆς* et *χθόνος* et *θαλάσσης*, quorum numerus ex scriptorum monumentis num augeri possit, dubitat, alios inveniri nullos, primum sese observasse et vidisse contendit.[1] Sed iam Spitznerus has dicendi formulas et de inferorum locis potissimum dici et augeri aliis posse recte vidit et adnotavit.[2] Optimo autem iure Thomaszewski hanc praepositionis significationem a primo, quod supra posuimus, locali notionis genere derivavit. Exemplis autem, quae vir ille doctissimus plena congessit manu (l. l. pg. 13) haec Lucianea, quae duo tantum verba *δύειν* et *ἐμφέρεσθαι*, sed praeter *γῆς*

[1] Thom. l. l. pg. 12 Primum enim non viderunt nec gram- „matici nec lexicographi tales locos fere omnes de mortuis eo- „rumque sede dictos esse et propterea duo tantum vel tria „vocabula exstare, quibus *κατὰ* hanc signicationem obtinens con- „jungeretur... “

[2] „vide l. l. pag. 25 Quae (formulae *κατὰ χθόνος*) cum usu in- „valuissent, ad alia etiam, quae subimus, praepositio est traducta. „Eadem vero dicuntur de iis, qui vita defuncti ad inferorum „loca descenderunt.“

genetivum etiam κόλπου et κύματος exhibent, addere lubet:

Pisc. c. 38 ἐγὼ μὲν κατὰ τῆς γῆς δῦναι ηὐχόμην; Lexiph. c. 15 sine articulo κατὰ γῆς δῦναι; Philops. c. 14 Ἑκάτη ἔδυ κατὰ τῆς γῆς: Hecate sub terram subiit. Saepius tamen cum verbo δύειν eodem sensu atque intellectu εἰς praepositio ad locum, quem quis subit, denotandum conjungitur.[1] His perquam cognati sunt loci in Amor. c. 43: ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπου δῦσα et ibid, c. 16 κατὰ πλαγίου κύματος ἐνεχθέντα παντελῶς ἀφανῆ γενέσθαι.

In duobus tantum locis Lucianeis vocula κατὰ eandem, quam latina „sub“ ablativo adjecta vim habet, veluti in Halcy. c. 1 ἄφωνα γὰρ δὴ τά γε καθ' ὕδατος διαιτώμενα: „Muta enim sunt, quae sub aqua vivunt animalia“; in Amor, c. 22 ὅσα τὴν ὑγρὰν καθ' ὕδατος εἴληχε λῆξιν, οὐδὲ ἐπὶ γῆς τι ζῷον „quaecunque humidam sub aqua sortem sortita sunt.“

§ 2.
De metaphorico usu.

Pertractatis iis, quae de locali praepositionis usu disputanda videbantur, nunc, quoniam haec particula genetivo apposita, ad tempus significandum usurpata in Lucianeis scriptis non exstat, derivatus qualis sit huius praepositionis usus inquirendus est. Sed quamquam praepositionis tanslate a Luciano usurpatae vis in universum Latinorum praepositioni „contra“ respondet,

[1] Gall. c. 16 ἐνέδυ εἰς ἀνθρώπου σῶμα; Philops. c. 11 τὸ (θηρίον) μὲν φθάσαν καταδῦναι εἰς τὸν φωλεόν. Hermot. c. 71, βύθιος ὑποδὺς εἰς τὴν θάλατταν. Ver. hist. I c. 24: τὰ νεογνά, ἐπειδὰν ῥιγῶσιν, εἰς ταύτην (γαστέρα) ὑποδύεται. al.

tamen propter verborum, quae sibi hac notione particulam κατὰ vindicant, diversitatem etiam in hac parte compluria genera distinguenda sunt, quae Thomaszewski pg. 16 exemplis apte dispositis ac divisis indicavit quidem, tamen dissimilis verborum generis mentionem facere nec negligere, nec omnia uno in perpetuo ordine exempla ponere debuit. Mea quidem sententia quattuor maxime genera, quae nec grammaticos nec lexicographos commode discernere video, verborum quae translatam praepositionis significationem admittunt, seiungi necesse est. Sequitur enim particula nostra ea, quae

a) media,

b) judicialia,

c) affectuum,

d) jurandi confirmandique verba dicuntur. Quare primum afferre licet locos, in quibus κατὰ praepositio eadem qua Latinorum „contra“ usurpata et ex verbis, quae media vocantur, quae de animo et amico et inimico usurpantur, suspensa occurrit. Plerumque pronominibus personalibus, nonnunquam nominibus propriis, saepissime apud verba, quae dicere et cogitare significant, anteposita invenitur. Uno tantum loco bellandi verbum (συστρατεύειν) deprehenditur, saepius autem verba composita (παραπρεσβεύειν, καταχνίζειν) quae praepositionis compositione infestam demum notionem induerunt et acceperunt, exhibentur. Multo maior autem est numerus verborum et compositorum et simplicium, quibus a natura infestus animus non subest, neque intellegendus est nisi ex orationis perpetuitate sententiarumque conexu. Quoniamque ad cognoscendam praepositionis vim aliquid, opinor, adiumenti etiam comparatio cum iis praepositionibus affert, quae apud eadem verba eodem sensu usurpatae sunt, hanc quoque varie-

tatem cognatarum, quibus scriptor noster ad varias verborum notiones exprimendas uti solet, praepositionum liceat notare. Idem infestus animus praepositionibus *πρὸς* et *ἐπὶ* cum quarto casu iunctis, quibus omnibus *ὑπὲρ* est contraria, indicatur; *περὶ* autem secundo casui apposita in utramque partem et de amico et de inimico animo adhibita occurrit. *Κατὰ* vero praepositionis actionem in omnibus fere locis Lucianeis indicare infestam atque hostilem adeo singulare ac peculiare munus est, ut nunquam pro *περὶ* Latinorum „de“ significante, uno tantum loco, quem hac non tam quaesita quam oblata occasione iam hoc commemorare libet loco — De morte Per. c. 5 *θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντοι κατὰ τοῦ Πρωτέως* (*ἐπήκουον*) admirabiles quosdam dicendi excessus pro Proteo proferentem (audivi) — apud verbum laudandi, alibi hoc in genere semper aut *ὑπὲρ* aut *περὶ* inveniatur.[1] Utrumque autem dicendi genus quam saepe apud Atticos praepositionem *κατὰ* eodem quo *περὶ* adhiberi solet sensu sibi vindicet, Thomaszewski l. l. pg. 17 magna exemplorum copia satis demonstravit. Exempla denique ad tria priora genera illustranda sic afferam, ut in omni genere primum omnes qui verba, deinde substantiva cum praepositione nostra coniuncta exhibent, locos Lucianeos commemorem. — Sed ne perturbetur dispositio facta, iam hoc loco, quod nulli substitui possunt classi, afferre juvat duos locos, qui in Dem. enc. c. 10 *τὸ δὲ σὸν κατὰ χειρός* (ad manum) et in Iud. voc. c. 3 *καθ' ὅλου* (cfr. Amor. c. 22; Cynic.

[1] Quom. hist. c. 14 *ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον.* Pro imag. c. 17 *τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς ἐξενήνοχας*; Patr. enc. c. 10 *τῶν γε ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐγκωμίων*; De salt. c. 24 *περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον.*

c. 8) (omnino) leguntur. — Jam sequantur igitur verba eius, quod primum collocavimus generis:

Pisc. c. 14 *οἷα ἔλεγε καθ' ἡμῶν*; Phal. I c. 6; *ταῦτα λέγῃ τις καθ' ὑμῶν*; Dial. mer. 3,2. *πολλὰ ἔλεγε κατ' ἐμοῦ.*[1] Alia eiusmodi verba usurpata sunt *διεξιέναι*: cf. Jup. conf. c. 15 *τοσαῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντα*; Jup. trag. c. 24 *τοὺς τὰ καθ' ἡμῶν διεξιόντας τοιαῦτα.* Pseudol. c. 9 *ταῦτ' ὁ μὲν ᾤετο κατὰ τούτου διεξιέναι.*[2] Dial. deor. 12,1 *ἀναπείθεις καθ' ἑαυτῶν ἢ κατ' ἀλλήλων ἐργάζεσθαι.* Abd. c. 14 *κατ' ἐμοῦ σε μόνον σωφρονεῖν.* Pisc. c. 25 *ἐκεῖνοι καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐτόλμων τοιαῦτα.*[3] Hermot. c. 85 *κατὰ τῆς στοᾶς παρεσκευασμένον.*[4] Dial. meretr. 10,4

[1] Adv. ind. c. 15 *τοῦτο μὲν γὰρ πρὸς σὲ εἰρημένον εἴη.* Alex. c. 25 *φοβητρόν τι ἐπ' αὐτοὺς λέγων.* *Περὶ* autem (de) non hostilem in modum agendi significatione instructum exstat in Nigr. c. 3 *ὁ δὲ ἀρξάμενος περὶ τούτων λέγειν*; Gall. c. 14 *περὶ αὐτοῦ ἐρεῖν* Icar. c. 9 *περὶ θεῶν λέγειν*; Quom. hist. c. 24 *περὶ Εὐρώπου*; ibid c. 25 *περὶ τοῦ Σευηριανοῦ εἰπεῖν*; ibid. c. 61 *ὡς λέγηται καὶ περὶ σοῦ*; De salt. c. 6 *περὶ ὀρχήσεως λέγοντος*; ibid. c. 25 *περὶ αὐτοῦ*; ibid. c. 70 *περὶ ψυχῆς λέγει*; ibid. c. 85 *περὶ τῆς ῥάβδου*; Bis acc. c. 4 *περὶ τούτων λόγους ἐνέβαλες*; Dial. mort. I c. 4 *μηδὲν περὶ Λακεδαιμονίων λέγε.*

„Pro“ aliquo dicere omnibus locis Lucianus *ὑπὲρ*, nunquam *κατά τινος λέγειν* dicit: Gall. c. 18 *λέγειν τὴν ἀλήθειαν ὑπὲρ αὐτῶν*; Pro merc. cond. c. 10 *εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ*; Bis acc. c. 16 *εἴρηται ὑπὲρ τῆς Μέθης, ἤδη δὲ καὶ ὑπὲρ ἐμαυτῆς ἐρῶ.* Herm. c. 30 *λέγειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ*; Pisc. 37 *εἴρηκα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ.*

[2] De morte Per. 31 *μυρία κακὰ διεξῄει περὶ τοῦ καταβεβηκότος* quo loco praepositio eadem infestam significat actionem; at idem quod „de“ valet in Tim. c. 44 *ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξιών*; Nigr. c. 34 *περὶ δὲ τῶν δρωμένων πολλὰ μὲν διεξῄει.* Bis acc. c. 16 *κακὰ διεξέρχεται περὶ αὐτῆς.* De morte Per. c. 32 *λόγους τινὰς διεξῆλθε περὶ αὐτοῦ.*

[3] Quom. hist. c. *πρὸς ἡμᾶς γε τολμήσειεν ἄν τις.*

[4] Pisc. c. 25 *τοῦτο πᾶν ἐφ' ἡμᾶς συσκευασμένος.*

συστράτευε κατὰ τοῦ ἀλαζόνος.[1] Pisc. c. 18 *προσεταιρίζεται καθ' ἡμῶν τὴν Ἀλήθειαν* „ad suas partes allicit contra nos Veritatem.“ ibid. 20,4 *οὐδὲν δεινὸν οὐδὲ καθ' ὑμῶν* (scil. *παραπρεσβεύω*) neque iniquum ago contra vos legatus.“ Jup. trag. c. 45 *συμπεπεισμένοι εἰσὶ καθ' ἡμῶν;* Diss. c. Hesiodo c. 5 *οὐ μόνος ταῦτα σύ, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ Ὁμήρου κατακνίζουσι* „neque vero solus tu talia, neque contra me solum, sed multi etiam alii Homeri carmina vellicant.“ Charid. c. 18 *τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον κατὰ τῆς Ἀσίας ἐλθούσης;* Ocyp. v. 25 *ὁ θρασὺς Ὠκύπους φρονεῖ καθ' ἡμῶν;* Tim. c. 3 *πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων ἐποίεις;* Abdic. c. 32 *οὐδὲν κατὰ σοῦ δεινὸν εὔξομαι* nihil mali contra te imprecabor; Epist. Sat. 3,35 *ἃ μὲν γὰρ εὔξασθαι καθ' ὑμῶν ὑπειλοῦσιν.*

Jam sequuntur loci, qui praepositionem *κατὰ* cum substantivis sic coniunctam habent, ut illa modo ad nomen, modo ad verbum, modo ad sententiam, quae utriusque coniunctione efficitur, referri possit. Exemplorum, quae breviter adnotabo, magna est multitudo:

Catapl. c. 26 *διαβολὴ κατ' αὐτοῦ;*[2] Calum. c. 1 *κατὰ τῶν συνήθων;* ibid. 8 *τῇ διαβολῇ κατὰ τῶν ἀπόντων λάθρᾳ χρώμενος;* Tox. c. 15 *οἷς ἅπασι (μηχανήμασι) κατὰ τοῦ Δεινίου ἐκέχρητο.* Anach. c. 37 *οἷς (τοῖς ἀρίστοις) ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο κατὰ τῶν δυσμενῶν;* Calum. c. 9 *ἐνέδρᾳ καὶ ἀπάτῃ χρήσαιτο κατὰ τῶν πολεμίων;* Dem. enc. c. 31 *κατὰ τῶν ποτε φιλτάτων τῇ γλώττῃ χρώμενος;* Pisc. c. 5 *χρήσεσθε αὐτοῖς (λίθοις) κατὰ τῶν ἀξίων;*

[1] Vit. auct. c. 8 *στρατεύομαι δὲ ἐπὶ τὰς ἡδονάς;* Pro imag. c. 20 *τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων.*

[2] De merc. cond. c. 39 *διαβολή τις ἐπεξανίσταται πρὸς ἄνδρα.*

ibid. c. 26 *συναγωνιστῇ καὶ ὑποκριτῇ χρῆται καθ' ἡμῶν;*[1] De salt. c. 46 *ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλή;*[2] Calum. c. 28 *ἐπιβουλὴν καὶ ἐνέδραν συντεθεικὼς κατ' ἀνδρὸς ὁμαίμου;* Dial. mort. 8 *σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας;* Abd. c. 18 *νόμους κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται;* ibid. c. 19 *ἣν (μάχην) εἰσάγεις κατὰ τῆς φύσεως·* ibid. c. 20 *κατά γε τοῦ εὐεργέτου τὴν ἐξουσίαν συγχωρήσωμεν;* ibid. c. 25 *δεσπότας ἂν καθ' ἡμῶν κεχειροτονηκότες;* Tox. c. 13 *μηχανήματα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἐραστῶν.* Calum. c. 11 *κατὰ τῶν ἀκουόντων;* ibid. c. 20 *μηχανήματα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦ ἀκούοντος ἥτε ἀπάτη καὶ τὸ ψεῦδος;* ibid. c. 10 *ποικίλας κατ' ἀλλήλων ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν;* Preudol. c. 1 *ψευδολογιστὴς ἢ περὶ τῆς ἀποφράδος κατὰ Τιμάρχου;* ibid. c. 20 *τῶν κατὰ σοῦ λόγων.*[3] Dem. enc. c. 40 *κατὰ τῶν Δημοσθένους λόγων ἐγεῖραι τρόπαιον;* ibid. c. 48 *τὸ κατὰ Μακεδόνων θάρσος;* Philopatr. c. 25 *θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν;* Charid. c. 18 *γενομένης τῆς ἀνδρείας κατὰ τῶν Τρώων* (de salt. c. 40 *ἐπὶ τὴν πόλιν*) Ocyp. c. 20 *κατ' ἐμοῦ πέμπουσι δυσφήμους ἀράς;* Tim. c. 7 *ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξήει καθ' ἡμῶν;* Pisc. c. 21 *ἐλθέ μοι κατὰ τῶν ἀλαζόνων σύμμαχος;* Adv. ind. c. 18 *κατὰ σεαυτοῦ περιφέρων τὸ βιβλίον;* Alex. c. 21 *ἐν οἷς κατὰ μάγων συνέγραψας συγγράμμασι;* Apol. c. 3 *κατὰ σεαυτοῦ γεγραφὼς τὸ βιβλίον;* Philops. c. 29 *τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν μοι πέλεκύν τινα κατὰ τῶν ψευσμάτων;* Apol. c. 4 *πικρότατον κατὰ μοιχῶν θεὶς νόμον;* De merc. cond. c. 39 *πρὸς ἄνδρα τοὺς κατὰ σοῦ λόγους ἐνδεχόμενον;* Pisc. c. 6 *τὴν κατὰ τῶν ἀσεβούντων ὠμότητα;*

[1] Tyrannic. c. 18 *ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τούτοις συμμάχοις.*

[2] Tox. c. 32 *τῆς ἐπὶ τὸν Ἄρσακην ἐπιβουλῆς.*

[3] Eunuch. c. 7 *λόγους καὶ πρὸς ἐκεῖνον εἰρημένους;* Cauc. c. 6 *μακρῶν δεῖ λόγων καὶ ἱκανῆς τινος παρασκευῆς ἐπὶ τὰ σοὶ πεπραγμένα.*

Phal. I c. 3 *σφαγὰς δὲ ἢ ἐλάσεις ἢ δημεύσεις οὐδὲ κατὰ τῶν ἐπιβεβουλευκότων εἰργαζόμην.*

b) Alterum dictionum genus, quae particulam nostram translate usurpatam exhibent, id supra statuimus, quod et verba et nomina, quae iudiciaria vocantur, complectitur. Saepissime praepositio *κατὰ* ex verbis, quae, ex forensi dicendi consuetudine desumpta, significant: causam contra aliquem in iudicio dicere: ut arguere, accusare, testimonia afferre, judicare, condemnare, simil. suspensa ita deprehenditur, ut ad adversarium, contra quem in iudicio agitur, spectet. Eadem fere notione solus dativus usurpatur. Cognata est praepositio *πρός*,[1] contaria *ὑπέρ*. Is denique, apud quem quis accusatur vel in iudicium vocatur, sive iudex, sive arbiter est, coram quibus causa dicitur, *ἐπὶ*[2] praepositione sequente genetivo denotatur, ut inter omnes constat. Cuius generis exempla haec ex Luciano collegi. Ver. hist. II c. 20. *ἦν γάρ τις γραφὴ κατ' αὐτοῦ ἐπενηνεγμένη ὕβρεως* „erat enim dica contra eum lata iniuriae." — Bis acc. c. 25 *ἀπηνέχθησαν κατ' αὐτοῦ αἱ γραφαί*; Abd. c. 19 *ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας*

[1] Bis acc. c. 3 *ὁπόσαι (δίκαι) πρὸς ἀνθρώπους τινὰς συνέστησαν*; ibid. c. 13 *ὁπόσαι πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐπηγγελμέναι* ibid. *Τρυφὴ περὶ Ἀριστίππου πρὸς Ἀρετήν*; ibid c. 16 *καθίσατε οἱ πρὸς τὴν Ἡδονὴν λαχόντες*; Icar. c. 16 *Ἀγαθοκλέα τῷ μαθητῇ δικαζόμενον*; Bis acc. c. 14 *Ῥητορικὴ κακώσεως τῷ Σύρῳ*; ibid. c. 14 *Διάλογος τῷ αὐτῷ ὕβρεως*; ibid. c. 13 *Ἀργυραμοιβικὴ δρασμοῦ Διογένει.*

[2] Argumentum ad Iud. vocal. *γραφὴν ἔθετο τὸ Σῖγμα πρὸς τὸ Ταῦ ἐπὶ τῶν ἑπτὰ Φωνηέντων.* Catapl. c. 18 *γράψομαί σε παρανίμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος*; Necyom. c. 2 *μή καί τις ἡμᾶς γράφηται γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος.*

μὴ ἀντ' εὖ ποιούντων „ingrati animi judicium dant „(leges) contra eos, qui bene de se meritis gratiam non „retulere." Pro merc. cond. c. 1 *κατηγορίαν κατὰ τοῦ τοιούτου βίου διεξελθὼν* — accusationem contra hoc vitae genus explicuit. ibid. c. 7 *μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Τιμάρχου κατηγορίαν.* Pro imag. c. 15 *κατηγορίαν τοσαύτην κατὰ τοῦ συγγράμματος ἐξενήνοχας* tantam contra „libellum meum accusationem protulisti." Catapl. c. 13 *κατ' ἀνδρὸς τυράννου ψῆφον λαβεῖν* contra tyrannum tesseram sumere, ibid. c. 13 *κατὰ νεκροῦ δὲ ὁ Ῥαδάμανθυς* (scib. *ψῆφον λαμβάνει*) Charid. c. 10 *τὴν ψῆφον καθ' αὐτῆς ἐνεγκεῖν*; Necyom. c. 19 *ὅπερ (ψήφισμα) ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων* „qnod plebiscitum dicebas esse perlatum contra divites" ibid. c. 1 *οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα κατὰ τῶν πλουσίων*; Abd. c. 3 *ἐγκλήματα καθ' υἱοῦ συντιθέναι* crimina contra filium componere." Pseudol. c. 9 *καθ' αὐτοῦ τὸ τεκμήριον ἀπαιδευσίας ἐκφέρων* hoc ruditatis contra eum indicium proferens; Bis acc. c. 14 *ἀποκληρῶμεν τὰς πρώην ἀπενηνεγμένας (γραφάς) κατὰ τοῦ ῥήτορος* „sortiamur causas contra rhetorem." Abdic. c. 18 *τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν κατ' εὐεργέτου*; ibid. c. 19 *καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς κατὰ πολλῶν κινῶν* (scil. *νόμους*); Pisc. c. 2 *ποικίλον ἐπινοῶμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ*, variam contra eum mortem excogitamus." Cronos. c. 10 *ἃ (ἐπιτίμια) κατὰ τῶν ἀπειθούντων ὥρισται* quae (poenae) contra inobsequentes statutae sunt. Quae sine accusandi verbo id genus formulae exstant, eae per breviloquentiam totius accusationis tanquam titulum vel indicem et argumentum prae se ferre videntur; attamen in his quopue coarguendi vel nomen vel verbum, ex quo *κατὰ* hac notione praeditum pendet, cogitatione supplendum esse, iam ex ipsa structura satis elucet. Hic frequens in inscriptionibus orationum forensium observatus usus adnumerandus

videtur, qui eodem modo potest explicari. Lucianea eiusmodi exempla sunt: Bis acc. c. 13 *Μέθη κατὰ τῆς Ἀκαδημίας* (scil. *γραφὴν γράφεται*) *ὑπὲρ Πολέμωνος ἀνδραποδισμοῦ*: Ebrietas contra Academiam pro Polemone plagii; ibid. *ἡ Στοὰ κατὰ τῆς Ἡδονῆς ἀδικίας*; ibid. *ἡ Γραφικὴ κατὰ Πύῤῥωνος λιποταξίου*; Adv. ind. c. 27 *τὸν κατὰ Τιμάρχου λόγον* Jup. trag. c. 14 *τῶν Δημοσθένους δημογοριῶν τῶν κατὰ Φιλίππου*; Dial. mort. 3 *Πλούτων ἢ κατὰ Μενίππου*.

c) His duabus particulis absolutis nunc ad tertium, in quo Lucianus ab Atticorum dicendi consuetudine partim deflexit, partim non deflexit, locutionum genus, quod affectuum verba et nomina continet, transeo. Est enim peculiaris et proprie Lucianea dictio, ut *κατά* praepositione, quam ea verba, quibus irascendi vel indignandi vel furiendi vel irritandi notio subest, contra Atticorum scribendi usum, sequentem legimus, eum, in quem vel contra quem ira et furor et indignatio excitatur et effunditur, indicare, causam autem, cur istae acerbae in animo affectationes nascantur ac moveantur, vocula *ἐπί* cum dativo substantivi copulata salva Atticorum dictionis elegantia, significare soleat. Perquam similis est praepositionum *πρός, ἐπί, εἰς* quarto casui appositarum notio, omnibus his contraria *ὑπέρ*. Jam loci quos collegi Lucianei afferendi sunt:

Gall. c. 3 *τὸν Ἄρη ἀγανακτῆσαι*[1] *κατὰ τοῦ ἀλεκτρυόνος*; ibid. c. 13 *κατὰ σοῦ*; Bis acc. c. 20 *κατ' αὐτῆς*; Tim. c. 13 *κατὰ τῶν πλουσίων*; ibid. c. 18 *κατ' αὐτῶν*. In his, ut vides, ad unum omnes loci *κατά* praepositionem, infestum animum ut indicent, exhibent. Quare unicus tantum locus, qui est in Conv. c. 22 *ἐπὶ σοῦ δὲ μόνου εἰκότως ἀγανακτῆσαί μοι δοκῶ*, cum id, quod perpetua loquendi consuetudo Lucianea sanxerat, impugnet, seu merito, seu immerito, quotiens eum legebam, magnam mihi suspicionem movit. Quibus de causis codicum auctoritate, cum omnes quos inspexi, *ἐπί* praepositionem praebeant, fretus aut *ἐπὶ σοι* (tua causa) aut *κατὰ σοῦ* (contra te) quod tamen nolim, exemplorum, quae supra posuimus, analogiam secutus scribendum. *ἐπὶ σοῦ* autem, cum nullum locum, quo defendatur, patronum habeat, prorsus non esse ferendum arbitror. Etenim, si unam literulam *υ* in *ι* mutaveris, omnem suspicionem sustuleris, constantem dictionem Lucianeam restitueris, veriorem arctioremque orationis conexum reddideris. Epistula enim, quae in convivio recitatur, Hetoemocles philosophus vicinum Aristaenetum quam vehementissime, quod ab hoc ad cenam non sit invitatus, conviciis consectatur et cavillatur ob eamque causam „iure (*εἰκότως*) contra te me iratum esse mihi videor" dicit i. e. *κατὰ σοῦ*. Equidem tamen, si quid video, *ἐπὶ σοὶ* „tua causa", quod idem cum plurimis locis Lucianeis congruit, praeferendum esse censeo. Alia huiusmodi exempla sunt

[1] Pisc. c. 4 *ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες*; Adv. ind. c. 9 *ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τῇ τόλμῃ*; Alex. c. 45 *ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ ἐλέγχῳ*; Philops. c. 14 *ἠγανάκτει δὲ ἐπὶ τῷ ἔρωτι*; Demon. c. 15 *ἀγανακτήσαντος ἐπὶ τῷ σκώμματι*. Jud. voc. c. 8 *ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ*; Abdic. c. 9 *ἐφ' ᾧ νῦν ἀγανακτεῖ*; Prom. c. 8 *ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν*. Pisc. c. 27 *ἀνθ' ὧν* (quibus de causis) *ἀγανακτήσαντες*. De merc. cond. c. 4 *περὶ δὲ τῶν πεπαιδευμένων ἄξιον ἀγανακτεῖν*; Catapl. c. 11 *ἀγανακτεῖ τοῖς ὁρωμένοις*.

Πρὸς cognatam legimus in Charid. c. 17 *ἀγανακτεῖν πρὸς τὴν ἀγωγήν*; contrariam *ὑπέρ* in Pisc. c. 23 *ὑπὲρ φιλοσοφίας αὐτῆς ἀγανακτεῖ*: Fugit c. 22 *ὑπὲρ τῶν Μουσῶν*; Jupp. trag. c. 36 *ὑπὲρ τῶν θεῶν*.

Navig. c. 10 *δυσχεραίνει καθ' ἡμῶν* „contra nos indignabundus" Philopatr. c. 1. Abdic. c. 1 *κατ' ἐμοῦ δὲ θεραπεύσαντος μόνου μαίνεται* contra me, qui sanavi, solum furit." Calum. c. 1 *πατέρες τε κατὰ τῶν παίδων ἐξεμάνησαν καὶ ἀδελφοὶ κατὰ τῶν ὁμογενῶν καὶ παῖδες κατὰ τῶν γειναμένων καὶ ἐρασταὶ κατὰ τῶν ἐρωμένων.* — ibid. c. 23 *κατὰ τοῦ φίλου παρωξυμμένος*; Abdic. c. 6 *κατ' ἐκείνου προξύνεται*[1] „contra illum exacerbatur" Pisc. c. 8 *παροξύνοντας καθ' ἡμῶν* qui contra nos incitarunt.

Non solum apud verba, sed etiam apud substantiva affectuum eadem praepositionis significatio in nonnullis exemplis apparet. In Luciani libris haec leguntur: Tim. c. 1 *ὀλίγον σπινθῆρα ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων διαφυλάττον* „tantillam irae scintillam contra sceleratos retinens." De domo c. 4 *ἐπιτεῖναι τὴν ὀργὴν κατὰ τῶν Φρυγῶν*; De salt. c. 45 *τὴν κατ' Ἀσκληπιοῦ ὀργήν*;[2] Jup. conf. c. 14 *ἦν τις τῷ Ἀπόλλωνι ὀργῆς αἰτία κατὰ τοῦ Κροίσου*; Abdic. c. 30 *διαβολὴ ἄκαιρος καὶ ὀργὴ ἄλογος κατ' οἰκείων*; Fugit. c. 4 *ὕβρις*[3] *οὐ μικρὰ καθ' ἡμῶν.* Amor. c. 22 *ἐπὶ τὴν κατ' ἀλλήλων ὕβριν ἠρέθισθε*; Catapl. c. 26 *ὠμότητι καὶ ὕβρει κατὰ τῶν ἀθλίων πολιτῶν ἐχρήσατο*; Abdic. c. 30 *μάλιστα δὲ μῖσος*[4] *κατά τινος πολύ, ἢ λύπη τις ἢ ὀργή* maxime vero odium contra ali-

[1] Jup. trag. c. 36 *τί τοὺς ἀνθρώπους ἐπ' ἐμὲ παροξύνεις*; Tox. c. 43 *πρὸς ἑαυτὸν παροξύνων*; Pseudol. c. 1 *ποιητὴν λάλον παροξύνεις ἐπὶ σεαυτόν.*

[2] Pisc. c. 8 *ὑμεῖς δὲ ἐς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ παροξύνοντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψατε.*

[3] Hermot. c. 34 *ὕβρις γὰρ ἐς τὰς ἄλλας*; Tox. c. 45 *ὕβρις εἰς τὸν θεόν.* Pseudos. c. 10 *ὅταν εἴς τι γίγνηται ἡ ὕβρις.*

[4] Abdic. c. 31 *οἴονται πάντες εἶναί τι μῖσος πρὸς τοὺς προγόνους*; Rhetor. praec. c. 22 *φθόνος πρὸς ἅπαντας καὶ μῖσος καὶ βλασφημίαι καὶ διαβολαί.*

quem vehemens, aut dolor aut ira;" Dial. mer. 4,5 *κατὰ τῆς Φοιβίδος τὸ μίσηθρον*; Adv. ind. c. 5 *σκώμματα καθ' ἑαυτοῦ ἐκφέρει*; Phalar. I c. 6 *ἐπαινέσονται τὴν κατὰ ἀσεβούντων ὠμότητα.*

d) Restat, ut iurandi confirmandique verba, apud quae praepositio *κατά* legitur, enumeremus. Sed priusquam ad propositum aggrediamur, nonnulla cum et lexicographos et grammaticos in explicanda particulae nostrae, in talibus formulis adhibitae, notione magnis erroribus, quos Thomaszewski l. l. pg. 15 non sustulit, sed confirmavit, irretitos video qualis vera, me quidem iudice, praepositionis sit significatio, praemonenda sunt. Nam quod Thomaszewski, cum C. Fr. Hermanno[1] et cum Ernesto de[2] Lasaulx inde, quod „iurantes vel simulacrum dei, vel aram, vel victimam vel simile quid tangebant" ad hunc morem usumque praepositionis significationem esse reducendam dicit, ad nihilum, opinor, haec explicatio recidit.[3] Quamquam equidem in hac

[1] Lehrbuch der griech. Antiquitäten II pg. 97 A. 9: „Der Schwörende fasste den Altar oder auch das Götterbild an."

[2] Ernst von Lasaulx: Studium des klassischen Alterthums pg. 177—207 der Eid bei den Griechen.

[3] Eandem formulae explicationem A. du Mesnil dedit, qui l. l. pg. 33 sic scripsit: Mirabilius etiam: *ὁ πολλάκις ὑμᾶς καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας* Tim. c. 7 quod imitatione constructionis verborum *ὀμνύναι, εὔχεσθαι* etc. ortum esse videtur, sed perversa; nam *ὀμνύναι καθ' ἱερῶν* dictum, quod in jurando manus ad sacra demittebantur vel iis iniciebantur; sed quid sibi vult „*καθ' ἱερῶν ἑστιᾶν*?"

Sed quam temere atque inconsiderate decantatam pervulgatamque illam de iurandi formulis sententiam secutus sit, quam nihil in explicatione formulae statuenda profecerit, ipse enuntiatione quam posuit extremam, interrogativa satis dubie indicavit, meliorem probabilioremque praepositionis interpretationem proponere ne tentavit quidem.

quaestione, quae mihi digna, in qua elaborem, videtur, solvenda diu multumque versatus ad certam omnique dubitatione liberam explicandi rationem nondum me ipsum pervenisse confiteor, hoc tamen Thomaszewskianam illam formulae interpretationem minime esse probandam iam nunc quam persuasissimum habeo. Cur adducar, ut ita existimem, duas potissimum causas profero has: unam, quod ad omnes quidem locutiones, quae iurandi verba exhibent, recte explicandas illa interpretatio minime satisfacit. Nam quisquis, quomodo in formulis veluti *κατ' ἐξωλείας* (Demosth. adv. Aristocr. § 68), *κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὀμνύναι* (Aesch. de f. l. § 153) simil. quae passim cum apud antiquos, tum apud seriores scriptores occurrunt, praepositionem *κατὰ* explicet, haerebit, dico, profecto incertus ac dubius. Altera, de qua vir ille doctissimus penitus tacet, est haec, quod hic praepositionis usus, quippe qui praeter iurandi verba etiam confirmandi complectatur, multo latius patet. Si quidem „iusiurandum est affirmatio religiosa, deo teste" (Cic. de off. III 29) cum exsecratione[1] coniuncta: praepositioni *κατὰ* eandem quam apud accusandi verba particulae *ἐπὶ* genetivo adiectae etiam in iurandi formulis notionem subesse arbitror. quae Latinorum dictioni

[1] Ernst von Lasaulx: Studien des klassischen Alterthums pg. 178: „Der Eid ist ein Gebet zugleich und ein Fluch; pg. 190: „Ueberhaupt wurden alle Bündnisse, Freundschaftsverträge u. s. w. über vollständigen Opfern beschworen und dem Eide in der Regel ein Fluch beigefügt gegen die Eidbrüchigen." cf. Xen. anab. V, 6, 4: *ἂν μὲν εὖ συμβουλεύσας φανῶ, πολλοὶ ἔσονται οἱ ἐπαινοῦντές με, ἂν δὲ κακῶς, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι.* Lys. adv. Eratosth. § 10 *ὤμοσεν ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν ἐπαρώμενος*; Aesch. adv. Timarch. § 114 *ἐπομόσας τοὺς ὁρκίους θεοὺς καὶ τὴν ἐξώλειαν αὐτῷ ἐπαρασάμενος.*
Thuc. V, 18, 23, 47, 56.

„apud" aliquem vel „coram" aliquo h. e. in alicuius praesentia aliquid facere, nostrae „in Gegenwart", „im Angesicht", „bei", „vor" respondet. Itaque qui *κατ' ἐξωλείας* ius iurandum dat, is perniciem, quae, si non nesciens fallat, statim in se ipsum ingruat, sibi esse praesentem animo et cogitatione fingit; qui *κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν* iurat, is „per" oculos i. e. aut per oculorum aciem (vernacule: „so wahr ich sehe" aut, id quod malim, per exsecrationem oculorum iurat (nos: „ich will erblinden") hanc enim significationem praepositioni *κατὰ* subesse etiam recentiores[1] censuerunt. Persimili ratione etiam formulam *κατὰ τοῦ βίου* facile interpreteris. Quae cum ita sint, deos testes invocantes aut per praesentiam deorum, aut per exsecrationem earum, quas tanquam pretium datae fidei proponimus rerum, perque ea, quae, utriusque generis vice in iurando promiscue usurpantur, ius iurandum damus. — Ista vero praepositionis significatio quam aptissima ad omnes iurandi confirmandique locutiones, quae nostram praepositionem suppeditant, facile explicandas esse mihi videtur, praesertim cum etiam *ἐπὶ* praepositio in iurandi formulis confirmandique inveniatur.[2] Lucianea quae collegi exempla haec in promptu sunt:

[1] Schol. ad Apollonii Rhodii Argonautic. ex recens. Brunckii Lipsiae 1813 lib. II v. 259: *Καὶ αὐτὸς οὖν ὀμόσας κατὰ τοῦ Ἀπόλλωνος προσεπόμνυσι καὶ κατὰ τῶν συμφορῶν. Ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἐπιλαμβάνονται λέγοντες, ὅτι ὄμνυσι καθ' ὧν οὐδείς ἐστι κίνδυνος. Οἱ γάρ, ὥσπερ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὄμνυμεν, οὕτω καὶ κατὰ συμφορᾶς. Ἐκεῖνης γάρ, ἢν μὴ εὐορκῶμεν, τὴν ἀπώλειαν ὁ ὅρκος ἐμφαίνει τῶν ὀφθαλμῶν. Οὗτος δὲ τὴν συμφορὰν ὁ ὅρκος προστίθησι, δι' ἧς αὐτός τε ὅρκος περιπαθέστατος γίνεται καὶ ὁ ἀκροατὴς εἰς οἶκτον ἐφέλκεται.*

[2] Demosth. 23, 68 *στὰς ἐπὶ* („bei" nicht „auf") *τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου ὀμνύειν*; cf. Franz Krebs: „Die Präpositionen

Conv. c. 32 *ὤμοσα κατὰ τῆς Πολιάδος* per Minervam, custodem urbis, iuravit i. e. praesente Minerva, teste invocata, iusiurandum dedit: „im Angesicht, vor, bei der Athene leistete er den Eid.“ Dial. mer. 7, 1 *ὤμοσε κατὰ τοῖν θεοῖν καὶ τῆς Πολιάδος*: Calum. c. 18 *ἐπομοσάμενος κατὰ πάντων θεῶν καὶ κατὰ Ἡφαιστίωνος* Alexander Magnus Hephaestionem, amicissimum suum, mortuum in deorum numerum referre voluit. Cui voluntati, ut Alexandrum adularetur, Perdiccas obsecutus „per omnes deos et per Hephaestionem iuravit“ iam esse illum deum factum hoc ipso iure iuranduo indicans atque affirmans. Icarom. c. 9 *οἱ δὲ κατὰ κυνῶν καὶ χηνῶν καὶ πλατάνων ἐπώμνυντο* „alii per canes et anseres et platanos deierabant“ h. e. re vera ut sunt canes, anseres platani praesentes, sic vera est affirmatio iurantis, quod iuramentum, ne deorum nomina crebro in omnium ore per nefas repeterentur,[1] usurpatum et *Ῥαδαμάνθυος*

bei Polybius“ Würzburg 1882 pg. 78: Leicht lassen sich auch Verbindungen erklären wie: Pol. IV, 17,11 *ἐπὶ τῶν σφαγίων τοὺς ὅρκους καὶ τὰς πίστεις ἐδίδοσαν ἀλλήλοις*; ibid. 16, 31, 7 *κατάρας ἐπὶ τῶν ἐμπύρων ποιεῖσθαι*: „der Schwörende steht neben dem Altar, auf welchem die brennenden Opferstücke liegen.“

Kühner l. l. pg. 431 s. v. *ἐπὶ* c) — bei den Verben des Sagens, Schwörens, Betheuerns vor Einem, gleichsam gestüzt auf Einen (?) (melius: in dessen Gegenwart, sowie bei den Verb. des „Anklagens“) Isae. 5, 1 *τὰ ὁμολογούμενα ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου*, coram judicibus (ed. Schoemann) 19, 25 *ἐν τῷ γραμματείῳ τῷ ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου γραφέντι*; frg. pr. Euphilet. 9 *ὅρκον ὀμόσαι ἐπὶ τοῦ διαιτητοῦ*; 11 *μάρτυρας καὶ ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ καὶ ἐφ' ὑμῶν παρεχόμεθα*; Xenoph. Hell. 6, 5, 41 *λέγειν ἐπὶ μαρτύρων* Dem. 18,8 *ἐπωμόσαντο ἐπὶ τῶν στρατηγῶν*. Diod. Sic. 16,93 *κατηγορεῖν ἐπὶ τοῦ βασιλέως* cfr. pg. 50 adn. 2.

[1] cfr. Suidam s. v. *χῆνα ὀμνύναι· ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν*. Liban. III pg. 38, 2ff.

ὅρκος[1] appellatum est. Tim. c. 7 *ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας* qui nos saepenumero sacris rite factis hospitaliter excepit: in Gegenwart von d. h. mit vielen Opfern gastlich aufgenommen hat.“[2]

Alia exempla, si res tanti est, quae *κατὰ* praepositionem in iurandi confirmandique formulis exhibent, Schwidopius l. l. spec. II pg. 50; Thomaszewski pg. 15; Schoemann ad Isaei orationes pg. 364 et 417 collegerunt.

Haec fere sunt, quae de praepositionis *κατὰ* cum genetivo copulatae significatione et locali et metaphorica disputanda mihi videbantur; alteram multoque maiorem partem, quae est de particulae accusativo appositae usu, proximo quam potero tempore publici iuris faciam.

[1] Schol. ad Aristoph. av. ed. Duebner. v. 521: *λέγεται δὲ Ῥαδάμανθυς δικαιότατος πάντων ἀνθρώπων οὐδένα ἐᾶν ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κριὸν καὶ τὰ ὅμοια.*

Schol. ad Platron. Apol. 22 A.

Suidam s. v. *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος.*

[2] Philops. 21 *ἣν μὴ ἐφ' ἱερῶν τελείων ἑστιαθῇ.* Ad hunc locum A. du Mesnil l. l. pg. 35 haud scio an recte adnotaverit: „*ἐπὶ* enim, ut quod comitatum significet, nihil aliud dicit quam: nisi praesto fuerint, suppetiverint, ut non pateat, num his ipsis deus epulari voluerit aut epulatus sit.

Theses.

1. In Luciani Ver. hist. I c. 7: *ἦν δὲ καὶ ἰχθῦς ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἰδεῖν, οἴνῳ μάλιστα καὶ τὴν χρόαν κ. τ. ἑ.* praepositionem *κατὰ* in codice Guelferbytano servatam in textum recipiendam locumque sic restituendum esse censeo: *οἴνῳ μάλιστα καὶ* **κατὰ** *τὴν χρόαν καὶ τὴν γεῦσιν προσεοικότας.*

2. In Catapl. c. 14: *κἂν τὰ πόῤῥωθεν ἀποβλέπειν βούλωνται* ex perpetua dicendi consuetudine Lucianea: *κἂν* **εἰς** *τὰ πόῤῥωθεν ἀπ. βουλ.* scribendum esse conicio.